JOH. FRID. WILH. DE NEUMANN

in WOLFSFELD

CONSILIARII BRANDENBURGICO-ANSPACENSIS

MEDITATIONUM JURIS PRINCIPUM PRIVATI

SIVE

JURISPRUDENTIÆ ILLUSTRIS

TOMUS IX.

EXHIBENS

SUPPLEMENTA

PRIORUM OCTO TOMORUM.

FRANCOFURTI ad MOENUM,
Ex Officina REINHARDI EUSTACHII MOELLERI, 1756.

JOH. FRID. WILH. DE NEUMANN

in WOLFSFELD

CONSILIARII BRANDENBURGICO-

ANSPACENSIS

MEDITATIONUM

JURIS

PRINCIPUM

PRIVATI

SIVE

JURIS PRUDENTIÆ

ILLUSTRIS

TOMUS IX.

EXHIBENS

SUPPLEMENTA

PRIORUM OCTO TOMORUM

FRANCOFURTI ad MOENUM,
Ex Officina REINHARDI GUSTAVI MOELLERI, 1776.

MONITA
JURIS PRINCIPUM
PRIVATI.

PRÆFATIO.

Ea eſt ſeculi noſtri felicitas, ut inter alia ſcientiarum incrementa, de nova, ac peculiari, Jurisprudentiæ parte, *privata* nimirum *Principum Jurisprudentia*, gloriari poſſit. Caſu eam natam volunt,

Conſtat, priſcis temporibus, publica, privataque jura, non ſatis à ſe invicem fuiſſe diſtincta, donec ſuperiori demum ſeculo, publica jura colerentur curatius. Cumque ſeculo exeunte *Strauchius*, *Rhetius*, *Schilterus*, eadem ad methodum Inſtitutionum Juſtinianearum traderent, non potuit non fieri, ut materias privati Principum juris tangerent, tractarentque. At ubi *Titius* oſtenderat, methodum illam Juripublico inepte applicari, neceſſario materiæ Juris Principum privati, ab illis publici, ſeparari, ac diſtingui debebant: quas tamen, cum ſua ſe dignitate, ac utilitate, commendare viderent, *Gribnero* tandem ſubiit conſilium, peculiari ſcientiæ forma eas donare. Eademque nos impulit ratio, ut noſtras, de hac juris parte, meditationes, anno MDCCXXV. & ſequenti, in chartas conjiceremus, quas tamen tenebris addiximus, ſimulac perferebatur fama, laborare in hac ſparta ornanda tum ipſum *Gribnerum*, tum *Helfrichium*, *Iheringium*, *Struvium*. Vehementer admodum dolemus, fata nobis præripuiſſe ſpem, ac expectationem, de tantis Viris conceptam: tantoque magis, nos veniam impetraturos, confidimus, quod noſtrum laborem jam derelictum, poſtea repetitum, & auctum, VIII. Tomis Francofurti MDCCLI.

& ſe-

& ſequentibus, in publicam lucem prodire, paſſi fuerimus. Sed cum rerum multitudo, labores alii, itinera, curæ domeſticæ, ne tunc quidem, curate ſatis omnia colligere, permiſerint, jam Monita quædam, juxta ordinem, in ipſo opere ſervatum, addere, eſt animus. Quo ipſo, & iis quodammodo ſatisfacere, ſperamus, qui nonnulla, in prioribus Tomis omiſſa, queruntur, cum exadverſo, prolixitatem nimiam, accuſarint alii: qui ipſe diſſenſus indicio eſſe poterit, nos medium tenuiſſe. Dolemus interim, quod utrisque ſimul, non poſſit fieri ſatis. Ea uſi ſumus libertate, quæ cuivis competere debet auctori, ſibi præfigendi limites, ac fines, intra quos labor ſe debeat continere. *Iheringius* & *Helfrichius* ſibi propoſuerant, ſola, Statuum Imperii Germanici, jura privata perſequi: at *Gribnero* & *Struvio* latius excurrere placuit, ac primum diſpicere, quid in genere, circa Principum jura privata tenendum, & poſtea demum ſpeciatim, ad Imperii Germanici Principes devenire. Quam viam & nobis inire, vel ideo eſt viſum, quod non eadem, omnium Germanici Imperii Principum, cernatur ratio, ac alii ſimul ſint Reges independentes, & proinde quoad perſonas, Imperio haud ſubditi: alii vero in ſubditorum numero eſſe deprehendantur. Quæ ipſa diverſitas

rationem præbet ſufficientem, quare privatam Jurisprudentiam, ex jure Juſtinianeo ſimpliciter præſupponere, haud potuerimus, ſed neceſſe habuerimus cujusque negotii indolem, à naturali ſua origine repetere, ac oſtendere, quid à jure civili fuerit vel additum, vel demtum. Priori labore, opus erat ad indaganda Principum, ſuperiorem haud agnoſcentium, jura privata: poſteriori, ad determinanda illa Principum, arctiori nexu Imperio Germanico junctorum. Nam *Titii*, *Ponikavii*, ac *Gribneri* dogma, quo privatas, Statuum Imperii noſtri, actiones, cauſas & controverſias, non ſecus, ac aliorum Imperantium, ſolo naturæ & gentium jure dirimendas, perhibent, ſequi prohibuerunt rationes graviſſimæ. Ipſum opus nomen Meditationum, quod ei dedimus, facile tuebitur contra eos, qui eidem quicquam, ad Syſtematis abſoluti menſuram, deeſſe putabunt: ac mentis imbecillitate laborare, foret neceſſe, ſi curare velimus abſonam cenſuram, quam infelix, noſtri ævi literatus, infeliciſſime tulit, quaſi ſpernendum ſit, quicquid nec Germaniæ Juri-publico, nec juri gentium Europæo, inſervit. Nobis, privata ſaltem Principum jura tradere, fuit propoſitum, quem finem ſatis aſſecuti remur, dum conſpe-

ctus

ctus evincat, operi haud deesse materiarum ubertatem, nec argumentorum pondera, nec ordinem concinnum, nec denique dictionem perspicuam. Lector haud iniquus, æqui bonique consulet paginas, quæ nec spernentibus obtruduntur, nec desiderantibûs invidentur.

MONITA
AD
NOTITIAM SCRIPTORUM JURIS
PRINCIPUM PRIVATI.

Tom. I. *De jure perſonarum illuſtrium.*

II. *De Matrimoniis Principum.*

III. *De patria poteſtate & tutela Principum.*

IV. *De reali Principum jure.*

V. *De hereditatibus & ſucceſſionibus Principum.*

VI. *De pactis & contractibus Principum.*

VII. *De delictis & pœnis Principum.*

VIII. *De proceſſu judiciario in cauſis Principum.*

Ad

Notitiam Scriptorum Juris Principum privati.

§. 1.

Hiſtoria hujus Juris.

Hiſtoriam, & fata Jurisprudentiæ Principum privatæ, delineavit Autor: derer Hälliſchen Beyträge zu der Juriſtiſchen gelehrten Hiſtori, Halle 1754. 8. im erſten Stück, num. 3. qui continet Entwurff einer Hiſtori der privat-Rechtsgelahrheit derer erlauchten Perſonen in Teutſchland, ubi duabus ſectionibus, fata hujus ſcientiæ ante & poſt *Gribnerum*, perſequitur. Nobis placuit recenſere ſcriptores, ad eam pertinentes, juxta ordinem materiarum, quem, in ipſo opere concinnando, ſervavimus.

Præmeditato ſtudio, ſolum auctorum, exhibuimus catalogum, ſine additis, de eorum bonitate, aut pretio, judiciis. Arduum nobis videtur, ac odii, invidiæque plenum, ſolidum ferre de ſcriptoribus judicium. Sola addita elogia libri optimi, egregii, quantivis pretii, pleni bonæ frugis, &c. exiguam afferunt utilitatem. Sigillatim autem oſtendere, in quo cujusvis ſcriptoris virtus conſiſtat, & ubi deficiat, peculiarem poſtulat laborem. Nobis vero ſatius eſt viſum, ſi quæ videbantur monenda, data occaſione, ipſi inſerere tractationi, ac ſuis locis, oſtendere, quorum opiniones ſint ſequendæ, & cur aliorum deſerendæ. Qua ratione tum brevius, tum ſolidius, res expeditur, ſimulque odium & invidia magis evitatur.

Bibliothecas *Stravio-Buderianam* & *Lipenio-Jenichianam*, haud conſuluimus. Magnus mihi foret Apollo, qui vel ſolam lineolam, ex dictis Bibliothecis deſumtam, poſſet oſtendere. Noſtrum non eſt, aliena expilare ſcrinia, & magis nobis erat laborandum, in adhibendo delectu eorum, quæ ſuppetebant, quam corradenda aliorum farragine.

Fruſtra autem negavit non nemo, pertinere ad privata Principum jura ſcriptores, qui de uſu & autoritate juris Romani, ac feudalis, in controverſiis illuſtrium diſſeruerunt: quive inquiſiverunt, num tutela pactitia inter Principes obtineat? aut num Principes, ad ordinarium uſurarum modum, adſtringantur?

Quod vero deductiones, quarum tamen mentionem. in ipſo opere, frequenter ſatis injecimus, notitiæ ſcriptorum haud fuerint inſertæ, ideo factum, quod ex rubris earum raro juris controverſiæ, de quibus agunt, perſpiciantur: in iisque plerumque caſus ſpeciales, & contorta, ad eosdem jura, contineantur, adeo ut deductiones illæ, ad ipſa juris principia, non hæc, ad illas, exigi debeant.

Nimis prolixum etiam fuiſſet, ea notare loca, ubi Scriptores Jurispublici, in ſuis Operibus, materias juris Principum privati pertractarunt. Eminent in iis *Dietericus Herman Kemmerich,* in Introductione ad Jus publicum, Libro VIII. &, qui omnium prolixiſſime telam pertexuit, *Joannes Jacobus Moſer*, in ſeinem Teutſchen Staats-Recht, à Tom. XII. usque XXVI.

§. 2.

Bechmann.

Jo. Volckm. Bechmanni diſſertatio, de obligationibus & prærogativis Principum, in præcipuis negotiis civilibus privatis, Jen. 1669. reſpondente *Henrico Joachimo ab Eltz*, habita, tria continet capita. *Primum*, de obligationibus & prærogativis Principum, in genere, Sectione I. duas continet quæſtiones præjudiciales: an diſputare liceat, de Principum juribus? & num Principes legibus ſubſint? Sect. 2. docet, ad quid Principes, ratione privilegiorum, & reſcriptorum, obligentur? Sect. 3. de jure Principum, circa conſvetudines & ſtatuta. Caput *ſecundum* agit de obligationibus & prærogativis Principum, ratione juris perſonarum, ubi de Principum matrimoniis, patria poteſtate & tutela. *Tertium* caput, Sect. I. oſtendit, quid Principibus circa res quasdam permiſſum? Sect. 2. ad quid Principes, ratione ſervitutum obligentur? Sect. 3. de obligationibus & prærogativis Principum, ratione præſcriptionis. Sect. 4. de jure Principum, circa donationes. Sect. 5. de obligationibus & prærogativis Principum, ratione teſtamentorum. Sect. 6. de iisdem, ratione ſucceſſionis ab inteſtato, Sect. 7. de iisdem, ratione contractuum.

§. 3.

Helldorf.

Compoſuit Dominus ab *Helldorf* ſuas tabulas, ad uſum & inſtitutum filii ſui juvenis, ſimulque uberiorem explanationem promiſit, quam vel plane intermiſ-

ſam

ſam eſſe, vel ineditam latere, merito dolemus, cum ipſæ tabulæ eruditionem haud vulgarem, ſubactumque judicium, ſpirent.

§. 4.

Ponikau.

Diſſertationem Domini de *Ponikau*, de conditione privata ſtatuum Imperii, ſub præſidio *Titiano* habitam, ab eruditis perhiberi, ſcribit Dn. *Ihering*, in præfatione libelli, mox §. 6. recenſendi. Sed ipſe Dominus de Ponikau, Eques Luſatus, in eadem defendenda, Præſidem egit, ac habuit Reſpondentem *Benedictum Hieronymum Dicelium*, Lipſienſem. Se tamen in eadem conſcribenda, preſſiſſe veſtigia Præceptoris ſui, Excellentiſſimi *Titii*, ipſe fatetur §. 2. atque hanc regulam ponit: Solum jus naturæ, privatas Statuum actiones, tam diu non ſecus, ac aliorum imperantium, dirigere, donec ex legum fundamentalium diſpoſitione, aut expreſſo, tacitove, Procerum conſenſu, demonſtretur, quasdam, legibus privatis, eſſe adoptandas. Ceterum, methodum Tribonianeam exiſtimat abſurdam, quaſi ſeparanda jungat, jungenda divellat. Status conſiderat *primo*, ut exiſtunt, ac DEO, ſibi, & proximo, officia debita exhibent: occaſione officiorum ſibi debitorum, agit de dominio: occaſione officiorum, aliis debitorum, de pactis & præſcriptionibus. *Secundo* Status conſiderat, prout genus ſuum propagant, ubi de matrimoniis & patria poteſtate agit. *Tertio* quatenus moriuntur & de rebus ſuis diſponunt.

§. 6.

Ihering.

Dominus *Iheringius* econtra in denen vorläuffigen Grundlehren der privat-Rechtsgelahrheit derer Reichs-Stände in Teutſchland, Principum negotia privata, ad normam, tum legum ſuarum provincialium, nach ihren Landes-Bürgerlichen Geſetzen: tum jurium, peregre receptorum, exigenda cenſet.

§. 8.

Struve.

Pars VIIma Jurisprudentiæ Heroicæ *Struvianæ*, prodiit 1753. & agit de dominio & ſucceſſione illuſtrium, cui *Jo. Andr. Hofmann* adjecit caput quintum, de iis, qui à ſucceſſionibus perſonarum illuſtrium, excludi poſſunt. Quodſi, prout optamus, Dominus Hofmannus, curam perficiendi, ac continuandi, Operis Struviani, in ſe ſuſcipere voluerit, reparabit forſan damnum, quod præmatura Struvii mors, huic operi attulit. Certo enim ſumus perſuaſi, ſi ipſe Autor, operis ſui editioni fuiſſet ſuperſtes, illud limatius longe & multo accuratius fuiſſe proditurum. Editor quidem in præfatione aſſerit, Struvium per tri-

ginta annos hunc laborem continuaſſe, & ad molem quadraginta Alphabetorum, accumulaſſe, & paucis, ante mortem, diebus, eo perveniſſe, ut intra quatuor menſes, totum corpus abſolvi poſſe, ſperaret. Sed tanto magis miramur, ſuſceptam tandem operis editionem, tam lente, negligenterque, proceſſiſſe.

§. 11.

De Conſiliariis.

Io. Paul Felwinger, de Officiis & Officialibus in Republica, Altorf. 1661. 4.

Io. Iacob. Moſeri Obſervationes practicæ Jurispublici de jure Statuum Imperii, circa ſuos Conſiliarios, Francof. ad Viadr. 1738. 4.

§. 12.

De Commiſſariis.

Io. Chriſtoph. Pürckhl diſſertatio, de Commiſſario Imperiali in cauſis juſtitiæ, habita eſt ſub præſidio *Io. Volckm. Bechmanni*, Jen. 1685. rec. ib. 1740. 4.

Chriſtian Gottlieb Buder, de Commiſſario Imperiali in cauſis feudalibus, ſigillatim ad inveſtituras, Jen. 1740. 4.

Io. Sigismund. Scheller, de jure & reſervato Imperatoris, mittendi Commiſſarios, ad actum electionis eccleſiaſticorum S. R. I. Principum, Altorf. 1738. 4.

§. 13.

De obligatione Principis ex facto miniſtri.

Io Iacob. Feſchii quæſtio: de factis Officialium, quatenus dominus teneatur, ob und wie weit ein Herr für die Thaten ſeiner, bey ihm in Pflichten ſtehenden Beamten und Bedienten, zu hafften, verbunden? Baſil. 1695. rec. 1746. 4.

§. 14.

De delictis miniſtrorum.

Adam Rechenberg, de miniſterio, quod crimen, Lipſ 1674. 4.

Io. Tob. Richter, de majeſtate, in perſona miniſtri, ex odio privato, læſa, Lipſ. 1745. 4.

§. 15.

De Dimiſſione Miniſtrorum.

Philip Adolph de Münchhauſen, præſidendo quoque diſſertationem habuit: de jure miniſtrorum, exigendi à Principe dimiſſionem, Hal. 1716. 4.

§. 17.

§. 17.

De nuptiis illuſtrium.

Io. Schmidelii diſſertatio, de deſponſationibus illuſtrium, Jen. 1661. 4.

Henr. Sigism. Marquart, de nuptiis illuſtrium, Jen. 1691. 4. turpiſſimo plagio, ex citata Schmidelii diſſertatione, deſcripta, citra ullam factam ejus mentionem.

Hieron. Frid. Schorch diſſertatio, de ſingularibus juribus, circa ineunda matrimonia Principum & Statuum Imperii, Erf. 1748. 4.

§. 20.

De conjugio inæqualis religionis.

Scriptum: Fang des edlen Lebens durch fremde Glaubens Ehe, exaratum occaſione matrimonii, à Mauritio Wilhelmo, Duce Saxo-Cizenſi, Lutherano, cum Maria Amalia, Brandenburgica, reformata, initi.

Reſponſum Helmſtadienſe non à *Calixto*, ſed *Fabricio*, exaratum.

Sub *Chriſtiano Irenophilo* latet *Io. Phil. Odelem*, I. V. D. Conſiliarius Oſt-Friſicus, poſtea Conſul Brunſvicenſis.

§. 21.

De conjugio inæqualis dignitatis.

Eſtoris (Jo. Georg.) Veſtigia juris Germanici in cap. I. X. de Sponſal. de odio in matrimonia inæqualia, & reſtricto jure nobilitatis Germanicæ, quoad connubia, Jen. 1740. rec. Marpurg. 1750. 4.

Muller (*Caſp. Matth.*) diſſertatio de matrimonio nobilis cum ignobili, habita Roſtoch. 1707. 4.

Nettelbladt (*Dan.*) an & quatenus matrimonium ad Morganaticam, pacto tale licitum ſit? Hal. 1748. 4.

Seyfried (*Wilh. Phil.*) de incongrua matrimonii ad Morganaticam, ad ſtatum noſtrum Germanicum, applicatione, Gieſs. 1749. 4.

Wolfart (*Io. Henr.*) Tr. de matrimonio ad Morganaticam, Hanau 1737. 4.

§. 22.

De gradibus prohibitis.

De eo, quod juris naturæ eſt circa gradus prohibitos, & eorundem diſpenſationem, diſſeruit *Io. Conr. Spangenberg*, Marpurg. 1748. 4.

§. 23.

De dote illuſtri.

Io. Mich. Dahm Diſſ. de dote filiarum illuſtrium, Mogunt. 1752. 4. ubi & agit de effectu, renuntiationibus, & reſervationibus, filiarum illuſtrium, perperam tributo.

Dos monialium propius ad legitimam accedit, de qua §. 54.

§. 24.

De foro conjugis illuſtris.

Chriſtian Schönens Bedencken, ob eines regierenden Fürſten Gemahlin ſeine Unterthanin ſey? recuſum Lipſ. 1750. 4. ubi acceſſerunt novæ annotationes & vindiciæ, contra objectiones motas a *Georg. Franciſc. Frid. Helmershauſen*, de ſubjectione territoriali perſonarum illuſtrium.

§. 31.

De tutela illuſtri.

Io. Volckm. Bechman, de privatorum, Principum, ac nobilium, tutelis, Jen. 1685. 4.

Diet. Guil. Matthiæ generalia tutelæ, ad Principes accommodata, Erf. 1679. 4.

§. 33.

De tutela Electorali.

Dominici Arumæi de tutela, cura, & adminiſtratione electorali legitima, ſemper ſoli agnato ſeniori, atque proximiori, nulla obſtante diſpoſitione teſtamentaria, ex lege Imperii debita, Jen. 1620. 4. & in diſcurſ. Jurispubl. Vol. 3. p. 30.

Io. Leonh. à Pühel diſſertatio de tutelis Electorum, habita eſt Jenæ, ſub præſidio *Chriſtoph. Phil. Richteri.*

Io. Rup. Ioſ. Xav. Chriſtmann, de invaliditate teſtamentariæ tutelæ Electoralis. Argent. 1726. 4.

§. 34.

De tutela pactitia.

Carolus Gottlieb Knorr, Auguſtino Leyſero oppoſuit Programma: de tutela pactitia, Romanis incognita. Hal. 1736. 4.

Kemmerichii diſſertatio: de tutela pactitia, eſt partus Reſpondentis, *Ioachimi Georg. Daries.*

Ludov.

Ludov. Conr. Schræder Diſſ. de Principe Imperii, citra teſtamentum, de tutela filii diſponente, Marp. 1749. 4.

§. 35.

De Tutela Sub-Vaſallorum.

Iacob. Carol. Spener Tr. de dativa tutela Sub-Vaſallorum S. R. I. Hal. 1720. 4. occaſione tutelæ Mansfeldicæ, prodiit.

§. 36.

De Majorennitate.

Chriſtian. Godofr. Hofmanni diſſertatio de moribus atque legibus Germanorum, circa majorennitatis terminum.

§. 37.

De venia ætatis.

Citat *Godofredus Daniel Hofmannus*, de jure Imperatoris, ætatis veniam concedendi, diſſertationem eruditam, & quæ typis repetatur dignam, de tempeſtivitate ætatis humanæ, Tubing. 1668. ab Henricis III. & IV. Comitibus Ruthenis defenſam, filiis Henrici X. qui 1642. Lipſiæ Rector Academiæ Magnificentiſſimus, præſide *Finckelthauſio*, de venia ætatis, diſputavit.

§. 38.

De dominio illuſtri.

Carol. Frid. Pauli, de jure Principis circa res nullius, Hal. 1747. 4.
Io. Schilter. de condominio circa Sacra.

§. 39.

De Allodiis.

Chriſtian Godofr. Hofman, de jure ſeparandi allodium à feudo, Francof. ad Viadr. 1727. 4.
Frid. Erneſt. Burggravii de Kirchberg, Comitis in Sayn & Witgenſtein, Commentatio Juris publici de ſuperioritate territoriali in allodiis Imperii, Jen. 1733. 4.

§. 42.

De Servitutibus in territorio alieno.

Phil. Iacob Elwert Diſſ. de ſervitutibus, ſeu juribus, in aliorum territorio quæſitis, Argent. 1674. 4.

Jo.

Io. Henr. Feltz de Jurispublici ſervitutibus, ſive de juribus in alieno territorio, Argent. 1701. & 1736. ubi p. 10. *Artopæi* diſſertatio, ejusdem argumenti, citatur.

Sam. Stryck de jure Principis extra territorium, recuſ. Viteb. 1738. 4.

Io. Carol. Petr. Bonhofer, de jure venandi, per modum ſervitutis Jurispubl. in territorio alieno, ejusque uſu & abuſu, Altorf. 1748. 4.

Io. Florens Rivinus, de jure venandi in alieno fundo, Lipſ. 1745. 4.

I. H. Rays, de ferarum perſecutione in alieno territorio, Gieſs. 1738. 4.

Io. Henr. Wolfart, de eo quod in Germania juſtum circa bannum ferinum, in alieno territorio acquiſitum, Gieſs. 1741. 4.

§. 43.

De ſucceſſione illuſtri.

Erneſt. Chriſtoph. Arnold jus ſucceſſionis fœmineæ in dominiis & imperiis.

Frid. Ulr. Peſtel, de judice in dubia ſucceſſione lineali & graduali Principum, Rintel. 1719. 4.

§. 44.

De ſucceſſione pactitia.

Anton. Ludov. Seip, de ſucceſſione Germanica pactitia haud reciproca, Gœtting. 1751. 4. ubi de lite Yſenburgica cum Burggravio Fridbergenſi, ſuper Ganerbinatu Stadenſi.

Georg. Guil. Wagner, de mutatione ſucceſſionis in familiis illuſtrib. Gieſs. 1740. 4.

Georg. Sam. Madihn, de efficacia pacti familiæ illuſtris, agnato remotiori jus ſuccedendi tribuentis, Hal. 1754. 4.

§. 45.

De fideicommiſſis.

Phil. Knipſchildii Tr. de fideicommiſſis familiarum nobilium, von Stamm-Güthern, recuſus Auguſt. Vindel. 1750. 4.

Bœhmer, de pactis ad fideicommiſſa familiæ inclinantib. prodiit, Hal. 1730. 4.

Heimburgii differentiæ in doctrina de fideicommiſſis, prodierunt, Jen. 1743. 4.

Carol. Wilh. Maur. de Bode, Opuſculum de ſucceſſione gentilitia, vulgo von der Stamms-Folge, ratione Principatuum, Comitatuum & Dynaſtiarum Imperii R. G. ex regula obtinente, Gœtting. 1750. 4. filias, in allodiis agnatis præferendas, negat.

Carol.

Carol. Ludov. Stiegliz, de fideicommiſſis familiæ, ab iis, quorum intereſt, ſublatis, Lipſ. 1752. 4.

§. 46.

De Minoratu.

De Minoratu in familiis illuſtribus, diſſeruit *Io. Ulr. Cramer*, Marpurg. 1738. rec. Jen. 1740. 4. Scripſit in cauſa Promnicenſi.

§. 47.

De primogenitura.

Cramer (*Ioh. Ulr.*) de vero ordine ſuccedendi fœminarum, ſecundum jus primogenituræ, indeque, demonſtrativa ratione, fluente jure ſuccedendi Auguſtiſſimæ domus Bavaricæ, in plerasque terras Auſtriacas. Marburg. 1742. 4.

Heiland (*Franc. Georg.*) de ſucceſſione ſecundum jus primogenituræ. Erf. 1734. 4.

Klein (*Jo.*) de dubio primogenituræ jure, Roſtoch. 1697. 4.

Queſtel (*Caſp.*) diſcurſus de primogenituræ vi & conditionib. Jen. 1671. 4.

Reyher (*Sam.*) de jure primogeniorum. Goth. 1666. 12.

Schulze (*Jo.*) de primogenitura, cui e geminis adjudicanda? Francof. 1694.

Spitz (*Fel.*) de ſucceſſione ex jure primogenituræ, Altorf. 1696. 4.

Stirn (*Georg. Chriſt.*) de primogenitura conſervanda, Stutgard. 1664. 4.

Struv (*Burch. Gotthelf*) de ſucceſſione ſecundogeniti præ primogenito, in regna & Principatus, Jen. 1733. 4.

Zentgravii Diſſ. habita Viteb. 1663. 4.

§. 49.

De Apanagio.

Franciſc. Adolph. Bleſen, de jurisdictione Principis regentis in fratres apanagiatos, Gieſs. 1746. 4. Vindicat jurisdictionem in apanagiatos regenti in imperio independente: at negat inter Germaniæ Principes.

Minckwitzii de paragio, diſſertatio, habita Viteb. 1697.

Jo. Mich. Hofmeiſter, de jure apanagii, Argent. 1670. 4.

Jo. Frid. Wahlii Diſſ. de ſententiarum ſummorum S. R. I. judiciorum, contra Principes apanagiatos, executione, Gœtting. 1749. 4.

§. 50.

De Confraternitatibus.

Io. Volckm. Bechman, de Confraternitatibus illuſtrium familiarum in civitate Germanorum, von Erbverbrüderungen des Teutſchen Adels, prodiit & Jen. 1666. 4. & Hal. 1737. 4.

Helfr. Ulr. Hunnius, de Confraternitate, Gieſs. 1619. 4. & inter diſſ. Baſil. Vol. I. n. 16.

Carpzovius, de confraternitate Saxo-Haſſiaca, prodiit Lipſ. 1647. 51. 66.

Bodini diſſertationem: de pacto confraternitatis Saxo-Haſſiacæ, ſibi vindicat, ſeque eam nomine Reſpondentis elaboraſſe, profitetur *Diet. Herm. Kemmerich*, in deſignatione ſcriptorum ſuorum, ſubjuncta Synopſi juris criminalis.

Nicol. Martini diſſertationes duæ de ſucceſſione Principum, aliarumque perſonarum illuſtrium, pactitia, per Confraternitatem, Kilon. 1672. 4.

Henr. Anton. Speirman, de juſtitia confraternitatis publicæ, Argent. 1678. 4.

Godofr. Svev, de pacto conftaternitatis inter illuſtres perſonas. Viteb.

§. 51.

De Ganerbinatibus.

Frid. Jacob. Leickeri diſputatio de Ganerbinatu, Lipſ. 1677. ſub præſidio *Crameri* habita.

Leibenii Synopſis de jure Ganerbinatus, primum prodiit 1686.

Waldſchmid, de pactis Ganerbinatuum, recuſus 1737. 4.

Jo. Georg Eſtor quosdam rerum Ganerbicarum ſcriptores, in iisque laudatam *Crameri* diſſertationem, inſeruit Tom. 2. ſeiner kleinen Schrifften.

§. 52.

De Clerico, exule ſucceſſionis feudalis.

Contra *Ludewigii* diſſertationem: de Clerico, exule ſucceſſionis in feuda, lucem aſpexit *Georg. Chriſt. Gebaueri* promulſis de 400. annorum uſu, ob quem Dn. de Ludewig, Clericos in feuda ſuccedere non poſſe, opinatur, Gœtting. 1735. 4. Reponebatur

Andr. Et. Roſsmanni promulſis ſublata Dn. G. C. Gebaueri, pro Clericis, contra obſervantiam Imperialem, ab exilio reductis, ad capeſſenda feuda ſecularia, & ſuccedendum in S. R. I. Principatus, Hal. 1736. 4.

§. 53.

§. 53.

De Renuntiationibus.

Henr. Breulæus, de more renuntiandi: quem Germaniæ Principum, nobiliumque, filiæ, si quando nuptui collocantur, observare solent. Francof. 1593. 8.

Jo. Rebhan, de successione & successoria renuntiatione inter familias illustres ex pacto, Argent. 1644. 4.

Sam. Stryck. de filia nobili renuntiante, Hal. 1688. 4.

Ferd. Christoph. Harprecht, de successione monialium nobilium renuntiatarum.

Jo. Henr. Bocris larva, renuntiationibus filiarum illustrium, & opinioni desuper, licet communi, detracta. Bamberg. 1750. 4.

§. 54.

De Monialium dote.

De dote & vitalitio filiarum illustrium & nobilium monialium, disseruit *Christ. Gottl. Buder*, Jen. 1754. 4.

§. 55.

De Testamentis Principum.

Georg. Wilh. Lutheri diss. de testamentis Principum, absque solennitate validis, prodiit Altorf. 1707. 4. Autor postmodum fuit Consiliarius Aulicus Onoldinus.

§. 56.

De hereditate illustri.

Discussio quæstionis: an Princeps Imperii R. G. catholicus, ecclesiastici præsertim ordinis, in territorio suo legem, aut statutum, vigore cujus monasteria, atque ordines religiosi, ab hereditatibus, per professos, sive ingressos ordinem, quacunqve ratione acquirendis, sive in totum, sive pro parte, excluduntur, atque portione, statuto definita, contenti vivere jubentur, jure, ac conscientia salva, condere valeat? 1750. 4.

In hereditate ditionum allodialium, filias agnatis præferendas censet *Henr. Christian Senckenberg*, in disquisitione de successione filiarum in regnis & Principatibus, cum additionibus, & appendice de successione Austriaca, Giess. 1736. 4. quam, cum præfamine de renuntiationibus & pactis reservativis, recudi curavit *Georg. Wilh. Lud. Beneke*, Giess. 1641. 4.

§. 57.

De inventarii beneficio & anteceſſorum debitis.

Wolfgang Adam Schœpff, de hereditatis aditione cum beneficio legis & inventarii, cum primis inter perſonas Imperii R. G. illuſtres, Tubing. 1750. 4. Reſp. *Frid. Ferd. Bilfinger.*

Erörterung der Frage: ob ein Landes-Herr ſeiner Vorfahren Schulden zu bezahlen gehalten? 1752. 4.

Herman Friedrich Kahrels zufällige Gedancken über das wichtige Rechts-Stück, was eigentlich wegen Zahlung der Schulden des Vorfahren, bey einem Reichs-Fürſten und Grafen rechtens ſey, nebſt einigen Vorſchlägen zur Verbeſſerung der Juſtitz. Wetzlar 1753. 4. Autor ſucceſſorem ad ſola debita publica ſolvenda teneri putat, non ad privata: (Cabinets-Schulden) doctrinam juris Longobardici, quo deſcendentes ad debita feudalia pariter, ac allodialia, ſolvenda teneantur, niſi utramque hereditatem repudiare malint, ad ſola feuda privata pertinere, cenſet, nec Germaniæ Principatibus applicandam.

In *Nunnrodii* diſceptatione forenſi, continentur quatuor reſponſa, nec non vindiciæ pro jure primogenituræ Hanovicæ, & hinc dependente liberatione cujuſvis, in primogenio ſucceſſoris, à contractis, anteceſſorum debitis, oppoſitæ quatuor adverſantibus reſponſis trium diverſarum Facultatum Juridicarum in Sachen Beydaliſcher Wittib, contra Hanau-Münzenberg, prætenſi Mandati de ſolveudo vel dimittendo hypothecam, ſine clauſula, in Quarto.

Frid. Ludw. von *Bergers* gründliche Erörterung der Frage: ob ein in ein Reichs-Lehen ſuccedirender Agnat, das von ſeinem Vorfahren denen Unterthanen illicite, & contra leges provinciæ, abgedrungene Vermögen, oder ſonſt gemachte Schulden, wiederum zu erſetzen, und allenfals, vermittelſt Wiedererſtattung des erlittenen Schadens, oder auch Nachlaßung anderer, ihm mit allem Recht gebührenden Contributionen, und behörigen Compenſation, völlige Satisfaction zu leiſten, ſchuldig ſey? in ſeinen Opuſc. miſcell. Jur. publ. p. 224. ſqq.

Wilh. Gottl. Iacobs de Principis ſucceſſore, bona domanialia revocante, Erf. 1742. 4.

§. 58.

De pignore illuſtri.

Io. Andr. Fromman, de oppignoratione feudorum regalium particulari, ſine conſenſu domini, jure. moribusque permiſſe. Tubing. 1699. 4.

Herman Fridrich Kahrel Erörterung der Frage: ob und wie weit, die Verpfändung und Einlöſung derer verpfändeten Güther und Herrſchafften derer Reichs-Fürſten und Stände, bevor was die Stamm- und Lehn-Güther betrifft, ſtatt finde? Wetzlar 1754. 4.

§. 59.

De poſſeſſione.

Frid. Ulr. Peſtel diſſertatio, de effectu poſſeſſionis nondum vacuæ, à Statu Imperii apprehenſæ. Rintel. 1752. 4. Scripta occaſione poſſeſſionis, ab Imperii Statu arreptæ, vivo adhuc deceſſore, quo mortuo, cum alius poſſeſſionem arriperet, quærebatur: utra juſte ſit apprehenſa? Autor pro poſteriore pugnat.

§. 60.

De præſcriptione illuſtri.

Iacob. Carol. Reigersmann, de præſcriptione juris gentium ſive immemoriali, Lugd. Bat. 1749. 4. quæ diſſertatio à *Breuningio*, mox adducendo, fruſtra tribuitur *Schwartzio*, cujus nomen ſaltem, tanquam t. t. Academiæ Rectoris, in titulo comparet.

Io. Erneſt. Gunner diſſ. qua demonſtrarur, præſcriptionem non eſſe juris naturalis. Jen. 1749. 4.

Io. Georg. Walther Obſervationes de præſcriptione inter liberas gentes, ad H. Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 4. §. 1-9. Viteb. 1751. 4.

Chriſt. Henr. Breuning de præſcriptione, liberis gentibus incognita. Lipſ. 1752. 4.

§. 61.

De præſcriptione bonorum alienatorum, ſub pacto retrovenditionis, excitabimus diſſertationem *Bachovianam*, §. 63.

§. 62.

De pactis Principum.

Io. Werlhof de pactis liberarum gentium. Helmſtad. 1691. 4.

Io. Wolfg. Kipping Specimen errorum communium in jure, ſive de clauſula: *rebus ſic ſtantibus*, ad publicas conventiones non pertinente, Helmſtad. 1739. 4.

Uſum & commoda pacti, de præſtanda evictione in cauſis privatis & publicis, peculiari diſſertatione exponit *Iuſt. Henning. Bœhmer*, Reſp. *Leonh. à Cangieſſer*, Hal. 1736. 4. Addatur *Stryckii* diſſ. de Principe evincente, §. 38. laudata.

§. 63.

De alienatione illuſtri.

Io. Georg Lamm tractatio, de bonis alienatis cameralibus, præſertim emtitiis, ac in feudum conceſſis, quæ inſuper minoris ſunt momenti, nec partes quotæ feudi Imperii Regalis, ſive Principatus, ſed quantæ tantum res ſingulares modicæ & exiguæ quantitatis, à ſucceſſore domini in Principatu, etiamſi jure proprio ex pacto & providentia majorum ſuccedat, non revocandis. Vinar. 1753. 4.

Lebrecht Wilh. Henr. Heydenreich, de alienatione feudorum, quæ fit absque domini directi, agnatorum & ſimultanee invcſtitorum, conſenſu.

Baro *de Bachov* de juſtitia præſcriptionis circa bona ſub pacto retrovenditionis alienata. Jen. 1730. 4.

§. 65.

De locatione jurisdictionis.

Io. Gottl. Heineccii Diſſ. de locatione jurisdictionis. Hal. 1738. 4.

§. 70.

De ſubſcriptione Principis.

Ioachim van Dale de ſubſcriptionibus Principum, Gieſs. 1676. rec. Jen. 1750. 4.

§. 72.

De juramento Principis.

Ludov. Mart. Kahlii Diſſ. de jurejurando Principum, Gœtting. 1740. 4. & inter ejus opuſcula minora. Francof. 1751. 4. num. 5.

§. 73.

De obligatione mutato rerum ſtatu.

Carol. Phil. Kopp de clauſula: *rebus ſic ſtantibus* ſecundum jus naturæ & civile. Marpurg. 1750. 4.

Add.

Add. *Kipping.* §. 62. adductus.

§. 76.

De retractu.

Io. Henr. Meyer de jure retractus, von dem Einſtand, Recht, ejusdemque præcipuis ſpeciebus, cumprimis de retractu ex conſanguinitate, condominio, incolatu, vicinitate & congruo competente. Schleuſing. 1750. 4.

Wolfg. Ad. Schœpff de retractu territoriali, Germ. Marckloſung. Tubing. 1748. 4.

Ej. de eo, quod juſtum eſt circa oblationem atque depoſitionem pretii, in retractu, ib. eod.

Chriſt. Gottl. Buder de juris retractus gentilitii in Germania origine.

Io. Phil. Hahn, JCti Moguntini, diſſertatio de retractu nobilitatis immediatæ.

§. 77.

De pœnis univerſitatum.

Frid. Wilh. de Iacobi Diſſ. quamdiu jus puniendi univerſitatem duret, Lugd. Bat. 1750. 4. illud ſemper competere putat, quamdiu univerſitas durat.

§. 78.

De uſu juris natur.

Polz Diſſ. de jure naturali Principum.

Herm. Carol. Ludov. de Nauendorf uſus juris naturæ, in actionibus Principum conſpicuus, recuſus Baruth. 1718. 8.

§. 80.

De jure Romano.

Io. Salom. Brunquell Commentatio de præferentia juris Germanici pugnantis cum Romano, niſi hujus receptio probetur, in cauſarum illuſtrium deciſionibus. Gœtting. 1735. rec. Francof. & Lipſ. 1743. 4. cui oppoſuit.

Io. Ulr. de Cramer Programma dc præſumptione pro jure Romano, contra mores antiquos Germanorum. Marpurg. 1737.

Hahn

Hahn disquisitio, quid statuendum de doctrina: Status Imperii R. G. in causis privatis utuntur jure communi.

§. 81.

De Observantia.

Immanuel Weber de jure S. R. I. publico non-scripto des H. R. R. Herkommen. Giess. 1723. & 1743. 4.

§. 87.

De Diplomatibus.

Eckardi Introductio in rem diplomaticam, recusa curante *Blaschio*, Jen. 1753. 4.

Ernest. Frid. Knorre de probatione nobilitatis per instrumenta. Hal. 1751. 4.

TOMUS I.

De
Jure perſonarum illuſtrium.

§. 7.

De Nobilitate ſuperiore & inferiore.

Habito reſpectu ad ſtatum plebejorum, & in oppoſitione ad ignobilitatem, nobilitas, nonniſi poteſt eſſe unica. Nam quicquid in certas partes dividitur, ejus ſingulæ partes, nonniſi unitatem poſſunt conſtituere. Alias plures, quam debebant, orirentur partes. Si totum dividitur in duas partes, & una harum partium haberet qualitatem dualem, haberemus tres, non duas partes. Homines in Republica, adæquate dividuntur in nobiles & ignobiles, ita, ut quilibet, neceſſario ad unam harum claſſium, pertinere debeat, nec in utrâque, eodem reſpectu, ſimul eſſe poſſit. Nobilis non poteſt eſſe ignobilis, nec ignobilis nobilis. Ergo nobilitas, quæ nobiles ab ignobilibus diſcernit, nonniſi eſſe poteſt unica. Nec eſt, quod metuamus, ne hac ratione jurium oriatur confuſio, ac omnibus nobilibus indiſtincte eadem tribuantur jura. Nam nihil impedit, quo minus una pars in plures dividatur ſubpartes, ac ſingulis partibus diverſa aſſignentur jura. Si nobilitas non amplius ut pars, ſed ut totum aliquod conſideratur, quod dividendum eſt in partes, tunc de recentioribus temporibus, admittenda eſt diviſio nobilitatis, in ſuperiorem & inferiorem, utut aliter ſe res habuerit, priſcis temporibus,

Notabilia sunt, quæ hac de re scribit *Ernestus Fridericus Knorre*, de probatione nobilitatis per instrumenta, Nota 14. Nobilitas Germanica unica, nullisque differentiis notata, erat. *Riccius* vom Landsäßigen Adel in Teutschland, P. 1. c. 2. §. 12. Postquam vero ingenui, qui à nobilibus distabant, nobiles se dicere cœperunt, invaluit divisio in nobilitatem superiorem & inferiorem. Contigit hoc sine dubio Seculo XV. ceu fusius demonstratum dedit *Cramer* de jure nobilitatis avitæ, T. 1. c. 2. §. 8. lit. p. p. 85. *Estor* de Ministerialib. c. 2. §. 75. Equidem jam dum constitutio de expeditione Romana, quæ Carolo Crasso tribuitur, mentionem injicit militum & nobilium inferiorum. Sed subleste fidei hæc est constitutio.

Quod vero attinet notionem des hohen Adels, in aula Cæsarea Viennensi usitatam, illa quidem non semper opponitur nobilitati inferiori, dem niedern Adel, sed idem sibi vult, quod nobilitas præclara & eximia, prout dicere solemus, hohe Gnade, hohe Gewogenheit, sine habito respectu ad inferiorem. At ubi in aula Cæsarea der hohe Adel opponitur dem niedern, praxis satis superque docet, per vocem: hohen Adel, intelligi nobilitatem antiquam, adeo ut homini antiquæ nobilitatis metuendum non sit, ut sibi præcludatur aditus ad consortium: des hohen Adels; cum ex adverso novus Eques, ex plebe ad hanc dignitatem evectus, de tali exclusione certissimus esse possit. Res cum nota satis sit, testimonio haud eget. Interim, si quis tale exigit, provoco ad Dominum de *Bertram* in aula Cæsarea versatissimum, & quondam Consilii Imperialis Aulici Secretarium, qui in Breviculo Praxis Imperialis Aulicæ, tit. 18. §. 6. scribit: Habetur autem pro *illustri*: Baro, vel *Eques*, *annatarum* octo, vel sedecim: novus Eques autem non. En habes equitem antiquum inter illustres, & equitem novum ab illustrium numero exclusum.

§. 12.

An Principes utantur jure privatorum?

Brocardicon Doctorum, quod *Principes in causis privatis privatorum jure utiait*, olim in ore & calamo omnium versabatur. Turmam integram eorum, qui illi adstipulantur, exhibet *Schrader* de feud. P. X. Sect. 20. n. 238. Primus illud impugnavit *Iacobus Brunnemann*, diss. Jur. publ. 2. §. 2. ubi illud vocat ambiguum, lubricum, ac aptum, procurare sensum ineptum, & regulam ita vult inverti, ut Principes, inter se litigantes, ex jure naturæ & gentium, consvetudinibus

dinibus Germaniæ universalibus, judicentur, nisi in hoc, vel illo, juris civilis receptio, tanquam exceptio, doceatur. Brunnemannum secuti sunt *Titius*, *Gribnerus*, & hodie tantum non omnes. *

* *Augustinus Leyserus*, in Medit. ad Pandect. Specim. 41. Med. 5. antiquam adhuc tuetur opinionem. At satisfecit ei *Spener.* im Teutschen Staats-R. 1. B. 12. Cap. §. 5.

§. 21.

Differt usurpantia ab observantia.

In turbis facta non tam observantiam veram, quam putativam, aut si mavis, *usurpantiam* constituunt. Vid. *Kulpis*, de Observantia Imperii, §. 12. Si quid fortan non ratione, sed errore primum, deinde consvetudine obtentum, id omne quidem strictam recipit interpretationem, nec in aliis similibus obtinet L. 39. Dig. de legib. nec tamen jus esse desinit, aut vim juris amittit, quin potius tali casu error jus faciat, L. 3. in fin. Dig. de suppellectile legata.

§. 24.

Observantia recentior, derogat legi scriptæ antiquiori.

Ordinatio Cameralis de 1495. §. 1. Cameræ judici, si vota sunt paria, votum decisivum tribuit. At observantia docet, nullo eum voto gaudere & Ord. Cam. 1555. P. 1. tit. 13. §. 10. alium præscribit modum in casu, quo vota existunt paria. Aliud exemplum legis expressæ, per observantiam abrogatæ, adduxi in Principiis Processus judicii Imperialis Aulici, §. 6. lit. f. num. 3.

§. 25.

Ordinationes Provinciales olim ab Imperatoribus confirmatæ.

Hodie Status Imperii Ordinationes suas provinciales, haud amplius ab Imperatore confirmari curant, quod olim, si non necessitatis, saltem majoris cautionis ergo, fieri solebat. Ordinatio judiciaria Brunsvicensis, à Ferdinando I. Moguntina, à Carolo V. confirmata.

§. 26.

An subditorum privilegia, ipsius Principis familiæ applicanda?

Pertinet huc, quod *Pontus Heuterus*, in Historia Burgundiæ memorat, mortuo Philippo Audace, Duce Burgundiæ & Comite Flandriæ, viduam ipsius im-

posuisse feretro marsupium & claves, quæ Flandriæ subditorum est consvetudo, ubi si moritur obæratus, vidua & liberi, ad impediendam bonorum venditionem, marsupium & claves feretro imponunt, quo ipso, creditores coguntur, ad transigendum.

§. 31.

Commentum Speculi Svevici.

Ioannes Gottlieb Gonne, JCtus Erlangensis, in exercitatione de commento Speculi Svevici, nec non juris Svevici seu Alemannici, quod in illo haberi creditur, Erlang. 1753. 4. observat, *Goldastum* primum, huic Codici imposuisse nomen Speculi Svevici: codices antiquos illud simpliciter vocare Land-Recht, Lehn-Recht, item das Buch der Kayserl. Rechte, Lehn-Buch, Land-Recht-Buch: ipsa contenta hujus juris, maximam partem tradere jus commune Germaniæ, citra singularem Sveviæ respectum, pauciſſima ex jure Alemannico, plura ex Bavarico, esse hausta, & non in Svevia sola, sed & in Bavaria, Austria, alibique, observata, adeo ut *Münsterus* & post eum *Goldastus*, aliique, frustra hoc jus ad Sveviæ fines restrinxerint, quod compilatum videtur intra annum 1268. & 1282.

§. 52.

Usuræ ad 5. pro Cent restrictæ.

Judicium Imperii aulicum d. 26. Nov. 1725. in causa Steininger contra den Grafen von Castell decrevit: Fiat petitum rescriptum cum restrictione auf die Reichs-Constitutions-mäßige Interesse à 5. pro Cent. & d. 12. Nov. 1725. in causa Lœw Jud contra den Grafen zu Solms und Tecklenburg: fiat petitum mandatum S. C. sub pœna 5. marcar. auri, jedoch so viel die begehrte Interesse belangt, solches weiters nicht, als denen Reichs-Constitutionen gemäß, abgeführet werden solle.

§. 71.

Ius Romanum quando in Germania receptum?

Io. Gottlieb Gonne, de commento Speculi Svevici p. 54. jus Romanum, jam sub Ludovico Bavaro, in Comitiis Francofurtensibus 1342. expresse, publiceque receptum, docet, provocans ad Constitutionem, ex Archivo Moguntino depromtam, collectioni Recessuum Imperii novissimæ insertam, part. I. n. XXIV. p. 44.

§. 87.

Præjudicia uniformia serventur.

Jam dum Severus Imperator rescripsit: in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut rerum, perpetuo similiter judicatarum, autoritatem, vim legis obtinere debere, L. 38. Dig. de legib.

§. 92.

Persona quid?

In jure persona denotat hominem, cum statu quodam consideratum, Conf. Tom. IV. §. 1.

§. 115.

Reges creati.

Romani jam in statu populari crearunt Reges. De Ariobarzane, Cappadocum Rege, vide *Iustinum*, L. 38. c. 2. Postea Augustus Imperator, Ponti, Thraciæque, Reges creavit: Tiberius Judæorum, Parthorum, Armeniorum, Ægyptiorum: Antoninus Pius Quadorum, Saracenorum, Numidiorum.

§. 119.

Antiquissima nobilitas codicillaris.

De Henrico VI. Imperatore, nobilitatem codicillarem XXXVIII. civibus Noribergensibus largito, differit *Ludewig*, præfat. ad Tom. VIII. reliquiar. MSC. pag. 34.

§. 137.

Facti infamia, improprie dicitur, pro calumnia.

Insolita est loquendi ratio, quando *facti infamia* accipitur: pro calumnia, alii injuste, ac præter meritum, aspersa, quo sensu, infamia facti laborare potest vir integer, scelerisque purus. Vid. *Io. Christoph. Crameri* dissertatio: Contemtus Regis, ruina regni, §. 9. At eo ipso, dum injuste inuritur calumnia, plane nullam infamiam operatur, quæ suapte natura male factum, indeque contractam existimationis deminutionem, involvit.

§. 142.

Modus infamandi insontes.

Fratri qui testamento est præteritus, ad inofficiosi querelam instituendam, commendat *Bergerus* in Oeconom. Jur. L. 2. T. 4. §. 17. Not. 9. cautelam, ut

diligenter investiget causas, quibus infamia juris aut facti irrogatur, super iisque reo, qui sibi hereditatem præripere, vi testamenti, conatur, deferat jusjurandum. Cum enim omne delictum infamet, vix autem aliquis omni delicto vacet, facile fore, heredi instituto, facti saltem infamiam aspergere: cui econtra antidoti loco suppeditat cautelam, ut opponat exceptionem compensationis, arguendo actorem ejusdem infamiæ. At quid quæso hoc est aliud, quam jocari in re seria.

§. 145.

Leges infamantes ab usu recessere.

Lex 19. C. de appellationib. edicit, ut superatus, si injuste appellare videbitur, lite perdita, notatus abscedat. Quæ lex, si hodienum observaretur, quot quæso haberemus notatos?

Lex 4. §. 5. Dig. de his, qui notantur infamia, infames pronuntiat, qui injuriarum, vel de dolo malo, damnantur. Id quod hodie non obtinet: sed reservari solet in sententia fama per judicem, qui pœnam irrogat sub formula: seiner Ehren vorbehältlich, quod stricto jure haud licet, quoties infamia ipso jure contrahitur.

Lex 5. §. 2. C. ad L. Jul. Maj. infamia notat sine venia eos, qui pro reis læsæ Majestatis, unquam intercedere, tentaverint, quod amplius obtinere, nemo crediderit.

Lex un. §. 1. C. ad L. Jul. ambitus eum, qui in municipio magistratum, aut sacerdotium, petivit, centum aureis, cum infamia, puniri jubet. Id si hodienum obtineret, quot quæso haberemus infames?

§. 146.

Infelix nativitas, improprie dicitur infamia.

Ex illegitimo coitu nati non quidem laborant infamia, quoniam ipsi nil deliquerunt, adhæret tamen iis, ex facto parentum, levis notæ macula. Quare si forte infames dicuntur, illud fit improprie & abusive, prout apud *Justinum*, L. 3. c. 4. Spartanorum Parthenii, ex matrum adulterio, *infamiam* collegisse, dicuntur.

§. 186.

Origo insignium.

Nonnulli originem insignium, tanquam tesserarum gentilitiarum, ad expeditiones cruciatas referunt. Vid. *Joh. Mich. Heineccii* Syntagma de sigillis, part. 2. c. 4.

c. 4. §. 4. & *Claud. Menetrier* dans l'abregé methodique, p. 4. scribit, quamvis diligentissime quæsiverit, se tamen nec in Gallia, nec Italia, nec Germania, reperiisse antiquiora insignia gentilitia, quam Comitum de Wasserburg, Ratisbonæ, MX. posita.

§. 187.

Cera rubra prohibita.

Dux Saxo-Vinariensis anno 1716. etiam iis subditis, qui jurisdictione superiore gaudent, rubram adhibere in sigillando ceram, prohibuit.

Franguntur insignia in funere ultimi suæ gentis.

Exarescente familia, in funere ultimi suæ gentis, insignia frangi & sepeliri solent. Mortuo 1464. Ottone III. Pomeraniæ Duce, lineæ Stetinensis, extinctam nonnulli credebant familiam, & Consul Stetinensis in pompa ferali, præsentibus Ordinibus, scutum cum galea, in tumulum projiciebat. At Franciscus quidam ab Eichstett, in tumulum desiliens, fracta confracta colligebat, quæ ab Ordinibus Duci Wolgastensi, qui eodem, quo defunctus, stipite communi Barnimo I. ortus, septimo eum gradu attingebat, transmissa. At Fridericus II. Elector Brandenburgicus, dictam agnationem, propter insignium diversitatem, negans, sibi Ducatum Stetinensem devolutum, prætendebat. Transactione 1465. res ita composita, ut Wolgastensis ditionem retineret, relicta Brandenburgico expectantia, cum insignibus.

De funere Bogislai XIV. ultimi Pomeraniæ Ducis, 1637. mortui, sequentes ceremonias ex *Lünigii* Theatro Ceremoniali, P. 2. p. 562 describit *Willenberg*, de jure ultimi suæ gentis; c. 5. p. 165. sq. Bey dem Grabe wurde der Regiments-Stab zerbrochen, das Siegel durch einen Goldschmid in zwey Stücke geschnitten, wovon die Cron Schweden das eine, die Chur-Brandenburg aber das andre, zu sich nahm. Der Hertzogs-Huth, samt der Trauer-Fahne, wurden entzwey gerissen, und so dann zu des Hertzogs Cörper, ins Grab gelegt. Den Helm und Schwert aber, behielte der Lands-Folger unversehrt. Hierbey aber ist zu wissen, daß die Zerbrechung der Wapen und Schilder, bey dem Begräbniß derjenigen, so die letzten eines Stammes und Nahmens sind, schon von langen Zeiten her, sonderlich in Teuschland, im Gebrauch gewesen, allso daß die Stücke, der bey dem Grabe zerrissenen Fahnen, Wapen oder Schild, Helm und Siegel, in dasselbe geworffen werden, insgemein mit Beyfügung dieser Worte: Heute N. N. und nimmermehr: zum Zeichen, daß kein einiger von diesem Stamm und

Nahmen,

Nahmen, an Manns-Personen mehr übrig sey, und also auch dessen Wapen und Geschlechts-Nahmen, nicht ferner fortgeführet, und gebraucht werden solle: Allso wurde Kaiser Heinrich der Vte zu Speyer mit Helm und Schild begraben, wovon *Crusius* Annal. Svevic. L. 9. P. 2. c. 11. Nach besagtem Kayser Heinrich haben es auch viel andere, sowohl hohen- als niedrigen Adels, gethan. Damit aber gleichwohl das Gedächtniß des Wapens, denen Nachkommen nicht möge entzogen werden, so ist an einigen Orten die lobwürdige Gewohnheit, daß auf dem Grabmahl des letztern eines Stammes, desselben Wapen verkehrt eingehauen, auch über demselben, der Schild gleichfalls verkehrt, und aufgehenget werde. An andern Orten hingegen, werden zwar Schild, Siegel und Helm zerbrochen, und ins Grab geworffen: nichtsdestoweniger aber ein anderwärtiges Schild, Helm, Commandier-Stab und Fahnen, in die Kirche, wo das Begräbniß ist, nicht zwar verkehrt, sondern gewöhnlicher massen, zum Andencken angehefftet.

De Sepultura ultimi Comitis Hennebergici, 1584. d. 9. Jan. peracta, scribit *Müller* Annal. Sax. p. 187. Als der Sarg ins Grab gelassen, ist Helm und Schild mit Schauffeln zerstossen und zerbrochen, auf den Sarg geworffen.

§. 194.

De Nobilitate Canonicorum.

Antiquis temporibus, in recipiendis Canonicis, majorem virtutis, quam nobilitatis, rationem fuisse habitam, docet nos Moguntia, quæ Willegisium Archiepiscopum habuit, patre Hamaxurgo natum, vid. *Serrar.* rer. Mogunt. L. 5. p 449. item Henricum II. filium pistoris, 1286. Petrum Medicum, 1304. Idem confirmat Magdeburgum, quod Norbertum antistitem, ignobili genere satum, habuit, teste *Bothone*, in Chronicis, p. 353. Anno 1021. Præsul Leodiensis, creatus Durandus quidam, infimæ sortis homo: Adhuc Seculo XV. Capituli Cathedralis Moguntini Præpositus, erat Joannes Jacobus Sclafenatus, humili genere in Italia natus, neque literis, neque divitiis, clarus, teste *Joannis* Tom. 2. rer. Mogunt. Joannes III. Archiepiscopus Salisburgensis 1482. fuit filius civis Vratislaviensis: Joannes IV. Frisingensis 1453. filius civis Monachiensis: Paulinus, Episcopus Brixiensis 1677. filius pellionis.

Postea, cum nonnulla capitula, in iisque Argentinense, consvetudinem inviolabiliter observatam allegarent, juxta quam nullum, nisi nobilem, & liberum, & ab utroque parente illustrem, honestæ conversationis, ac eminentis scientiæ, in

suum

suum consortium admittant, ægre id tulit Gregorius IX. Pontifex & in cap. 37. X. de præbendis rescripsit, excepriones hujusmodi non esse admittendas, quod non generis, sed virtutum nobilitas, vitæque honestas, gratum DEO faciat, & idoneum servitorem, ad cujus regimen, non multos, secundum carnem nobiles, & potentes elegit, sed ignobiles, & pauperes, eo quod non est personarum acceptio apud ipsum. Nihilo secius hodienum, Argentinense capitulum consvetudini, quæ non nisi illustres admittit, inhæret.

Scribit hac de re *Io. Dav. Kæler* in seinen Müntz-Belustigungen, part. 3. pag. 374. ita: in dem Straßburgischen Bißthum ist die Ahnenprobe vormahls am allerschärffesten gefodert, und auf 32. Ahnen gesetzet worden, in welchen lauter Fürstliche und Gräfliche Häuser vorkommen müssen, welche Sitz und Stimme auf dem Reichstag haben. Daher auch dieses Bißthum das edelste ist genennet worden. Nachdem aber dieses so alte und angesehene Hochstifft dem Teutschen Reich ist entrissen, und nach dem Statuto Capituli von 1687. der dritte Theil der Canonicate, gebohrnen Frantzosen zu Theil worden, diese aber, wegen der vielen und gräulichen Blut-Würste in ihren Familien, mit dergleichen vortreflichen und hohen Ahnen nimmermehr auffkommen können: so hat man auch die so scharffe Auffschwörungs-Statuta, obwohl zu derer Frantzosen schlechten Ehren, ändern müssen.

Scilicet 1713. placuit, ut Germanus, in linea recta paterna ostendat patrem, avum, proavum & abavum, Principes aut Comites, capaces potiundi jure vocis & sessionis in Imperii Comitiis: in linea vero (ut in tali computo vocatur) collaterali, singulos gradus, & singula capita nobilia ad minimum & in aliis Imperii capitulis admissa. Capitulum Trevirense neminem admittit, nisi ex circulis Rhenano, Franconico & Svevico: Constantiense, nonnisi ex Diœcesi Moguntina ortos; Moguntinum, nonnisi immediatos: Bambergense & Herbipolense, nonnisi immediatos in Franconia: Fuldense, Frisingense, Colonience & Leodiense, etiam ignobiles ad præbendas admittunt, iis vero, qui ut nobiles sunt recipiendi, nobilitatis probationem injungunt. Conf. *Estor* de probatione nobilitatis avitæ. Ceterum Canonici ignobiles, in electione hodie quidem habent votum activum, non autem passivum, i. e. eligi nequeunt in Episcopos.

§. 199.

An Imperatoris, aut Pontificis, dispensatio, nobilitatis defectum supplet?

Non eadem omnium Capitulorum videtur esse conditio. Quodsi enim ii, qui reditus, Canonicis alendis destinatos, fundarunt, hanc bonis suis addiderunt legem,

ut solis, antiquæ nobilitatis hominibus, tribuantur, dubium non est, hanc eorum voluntatem, præcise esse sequendam. Fuit hæc, priscorum fundatorum in Germania intentio, ut beneficia ecclesiastica essent quasi xenodochium, destinatum alendis nobilibus, à successione seculari exclusis, id quod valde ursit natio Germanica 1522. ac speciatim Evangelici 1566. & 1576. contra secularisationem bonorum ecclesiasticorum. Ubi vero antea plebeji pariter, ac nobiles, ad præbendas admissi, quæritur: num capitula statuto cavere queant, ne in posterum alii, quam soli nobiles, recipiantur? Si Cæsaris & Pontificis confirmatio, tali statuto accedit, validum omnino erit, quia privilegia antiqua sunt servanda. Conf. Capitul. Caroli VII. art. 14. §. 1. At si deficit talis confirmatio, res altioris erit indaginis. Eadem prorsus ratione, qua primogenituræ jus, citra Cæsareum consensum, introduci posse, negatur, Vid. Tom. V. §. 191. quoque statutum tale, invalidum pronuntiabitur. Nam tali casu, res non ad solam potestatem legislatoriam spectat, sed agitur quodammodo, de ipsa regiminis forma mutanda.

Strenue interim videmus capitula, pro prætensa sua libertate pugnare. Quanta quanta ceteroquin, inter Pontificios, cernatur autoritas Pontificis Romani, non tamen patiuntur capitula cathedralia, sibi ab eo, per modum dispensationis, obtrudi homines novos. Cum Nicolaus IV. Papa, Petro Treviro, Rudolphi Cæsaris, Medico, & Joanni, Curiæ Trevirensis, Officiali, Cantoris dignitatem, in ecclesia Trevirensi, attribueret, in utroque literas, & excellentem eruditionem collaudans, atque declarans, simul se contrariis capitulorum pactionibus, quæ novis hominibus adversarentur, non teneri, minas quoqne addens: tamen maluerunt Trevirenses interdicto subjici, quam à sensu suo recedere, teste *Browero*, Annal. Trevir. L. 16. p. 171. Similem rigorem servant Capitulum Argentoratense, Paderbornense, Osnabrugense, Monasteriense. Vid. *Christ. Gottl. Buderi* diss. de jure Doctorum ad Canonicatus, Jen. 1752.

Regiæ sine dubio dispensationi adscribendum, quod Casimirus Kolb, Comes de Wartenberg, Canonicatu Halberstadiensi potitus, utut natus fuerit matre Catharina Rickeria, navicularii Clivensis, filia, ab Imperatore demum 1695. creata Baronissa d'Aspach, & 1699. plane Comitissæ axiomate ornata.

§. 201.

Fœminæ Ordinem equestrium participes.

Prostant exempla fœminarum, receptarum in ordines, pro maribus solis institutos. Sic 1723. d. 22. Apr. Neapoli, Principissa de Rocella, creabatur Eques Meliten-

Melitensis, dum ipsi, nomine Magni ordinis magistri, Commendator Sabiosi, bullam, habitum & insignia hujus ordinis, traderet, ac crucem, adamantibus ornatam, pectori affigeret. Taceo hodiernam Russorum Imperatricem, esse caput ordinis Equitum S. Andreæ.

§. 203.

Temperamentum circa torneamenta.

Ad torneamenta, ut quis admittatur, inprimis requiritur nobilitas avita, ubi tamen nobilitas Franconiæ temperamentum admittendum censuit: Welcher aus altem Turniers-Geschlecht, eines erbarn Burgers fromme, unverleumdete Tochter, von Geschlechten, oder erbarn, aus den Städten, nehme, um seiner Nahrung, und Auskomen willen seines Stammes, doch daß die ihm unter 4000 fl. nicht zubrächte, dem soll man es nicht verargen, ihn und seine Kinder reiten lassen, *Limn.* Addit. ad Juspubl. L. 6. c. 5. n. 62.

§. 204.

Quæstiones torneareæ.

Cum hodie omnia pendeant ab arbitrio ejus, qui ludos equestres instituit, hinc quoque decidendæ erunt quæstiones, quas proponit *de l'onikau*, de conditione privata Statuum Imperii, §. 8. an Princeps, ex matre ignobili natus, debeat admitti? item si à Principe Catholico celebrentur torneamenta, an Equiti Lutherano cancelli patere debeant?

§. 206.

Liberi, ex pacto, matris dignitatem sortiuntur.

Caroli VI. Imperatoris filia, Lotharingiæ ac Magnæ Hetruriæ Duci nupta, pacto providerat, ut liberi, ex hoc matrimonio nati, Archiducum Austriæ nomen, præ ceteris, gerere deberent.

§. 237.

Ministrorum constitutio.

Quemadmodum ipsa paciscendi facultas variare potest: ita quoque ministrorum, præsertim publicorum, constitutio, varia deprehenditur. Regulariter illa Principis arbitrio permittitur. Nonnunquam ministri certi, e. c. Dicasteriorum Assessores, ab Ordinibus præsentantur, atque à Principe confirmantur. Alii denique ministri, præsertim ii, quibus ærarii, ac publicorum redituum cura & administratio committitur, conjunctim, à Principe & Statibus provincialibus, constituuntur, qui licet à Principe solo confirmentur, tamen in officii administratio-

ne, Ordinum decreta pariter respicere tenentur. Unde cum Status provinciales, quæstori tali, solutionem ejus, in quod non consenserant, prohiberent, huncque morem gerentem, Princeps propter ea deponere vellet, *Thomasius* in Consiliis Halensibus Tom. 1. Lib. 1. Cons. 104. n. 12. respondere non dubitavit: Dieweil aber dennoch in des Landes-Cassierers Mächten nicht stehet, über die Landes-Cassa, nach Belieben zu disponiren, oder etwas, so die Stände nicht verwilligen, auszuzahlen, der Landes-Herr ihm auch einige Zahlung, ausser der geschehenen Landes-Verwilligung, nicht zuzumuthen vermag, weil sonst dadurch der Landschafft privilegia, per indirectum würden geschwächet werden; dahero die Bestättigung und Schutz des Landes-Fürsten, der Landschafft zum Nachtheil, nicht angezogen werden muß: er auch, wenn er sich der geschehenen Verwilligung in der Auszahlung, gemäß bezeiget, sein Absehen auf die Landes-Wohlfahrt allerdings richtet: so erscheinet daraus, daß der Landes-Cassirer, weil er dem geschehenen Verboth gemäß, die Salaria der Collegiorum nicht ferner bezahlet, mit einiger Straffe nicht angesehen, vielweniger seines Dienstes entsetzet werden könne.

§. 265.

Etiam indigni assumi possunt ministri.

Ubi ad ministerium obeundum minister arcessitur, sine dubio maxime idoneus eligetur. Quodsi vero ideo saltem in ministerium quis cooptatur, ut gratia fiat ei, qui assumitur, quod sæpissime fieri animadvertimus: tum ministerium, non tam præ cæteris digno, quam præ cæteris caro, conferri, observamus. Id quod eatenus omnino licet, in quantum, de solo conferentis interesse agitur.

§. 269.

De judice minorenni.

Sententiam à judice, minore viginti quinque annis, datam, tuendam ait *Ulpianus*, in L. 57. Dig. de re judicata, & si magistratum minor gerit, jurisdictionem ejus non improbari: si minor prætor, si consul jus dixerit, valere. Princeps enim, qui ei magistratum dedit, omnia gerere decrevit. In L. un. Dig. de officio Consulis, occurrit Consul, minor 20. annis, utut regulariter, annaria Romanorum lex, ad Consulatum 43. annorum ætatem requireret, ad quæsturam 31. ad prætoram 40. Vid. *Cicero*, Philippica quinta, c. 17. ibique *Godofredus*, & *Hofman* de jure Imperatoris, ætatis veniam concedendi. c. 2. §. 4.

§. 278.

Lutheranus Galliæ Mareſchallus.

Mauritius, Saxoniæ Comes, Friderici Auguſti I. Poloniarum Regis, filius naturalis, Lutheri ſacris addictus, ad vitæ usque finem, ſummum egit copiarum Gallicarum Mareſchallum.

§. 289.

Spurius Doctor.

Eraſmus Roterodamus, ex furtivo amore natus, Taurini Theologiæ Doctor creatus.

§. 291.

Principi, majorennitati proximo, miniſtrum aſſumere,

à Conſilio Imperii Aulico interdictum, diſcimus ex concluſo emanato, d. 15. Apr. 1728. in cauſa Sachſen-Hildburghaußiſch Debit-Weſen betr.

Fiat decretum an den geweſenen Geheimen Rath Pantzebitter. Demnach Ihr. Kayſ. Maj. zu Dero beſonderm Mißfallen vernommen, wie daß derſelbe, nachdem er von der Hochfürſtl. Frau Vormünderin, zu Erleichterung des, durch die Schuldenlaſt, über Vermögen beſchwerten Fürſtl. Hauſes, ſeiner obgehabten Dienſte, nebſt andern, entlaſſen worden, zum Nachtheil und Unterbrechung, des Ihro allerhöchſten Orts allergnädigſt gutgeheiſſenen Schulden-Plans, wie auch den Erb-Printz in ſeiner löblichen Entſchlieſſung, der Ihro Kayſ. Maj. gethanen allerunterthänigſten Erklärung nach, demſelben unabweichlich nachzukommen, durch ſeine, demſelben eingeſchmeichelte ſchädliche und verkehrte Vorſtellungen, irre zu machen, und dahin zu leiten ſich unterſtanden habe, daß obwohln Ihro unterm 12. Febr. jüngſthin, zu Manutenentz beſagten Schulden-Plans erlaſſene Kayſerl. Verordnungen, und was ihn darinn beſonders betroffen, demſelben zur Gnüge bewuſt geweſen, er gleichwohl ſtraffbarer Weiß ſich vermeſſen, bemelten Erbprintzen, Zeit ſeiner noch währenden Minderjährigkeit, und der Fürſtlichen Frau Vormünderin gethanem Verſprechen zu wieder, die Regierungs-Führung, biß bemelter Zahlungs-Plan in ſeine vollkommene Richtigkeit gebracht ſeyn würde, einzuſtellen, zum Geheimen Rath ſich wieder annehmen zu laſſen, und denſelben ſo weit zu verleiten,

leiten, daß er zu seinem eigenen Nachtheil, und Verwirrung der Sachen an Ihro Kayserl. Cammer-Gericht zu Wetzlar sich zu wenden, und daselbst seine Beschwerung, gantz unstatthaffter Weise anzubringen, sich unterfangen. Gegen welches angemaßte Beginnen, Ihr. Kayſ. Maj. behöriger Zeit, die nachdrucksame Nothdurfft vorzukehren wissen würden. Gleichwie nun Dieselbe, obbedeutete seine unzuläßige Auffühlung, in höchsten Ungnaden vermercken; Alſo ergehe an denselben, mit Caßirung der vom Erbprintzen erhaltenen Geheimen Raths-Stelle, hiemit Ihr geschärffter Kayserl. Befehl, daß er bey Vermeydung 20. Marck lötigen Goldes, sich aller Einmischung in die dortige Regierungs-Sachen, Zusammentrettung mit denen Lands-Ständen, Verleitung des Erbprintzen und der dadurch anrichtender Confusion sich gäntzlich zu enthalten, zu welchem Ende ihm aller Zutritt zu demselben hiemit untersagt werde, und er desfalls, seine allerunterthänigste Paritions-Anzeige, binnen zwey monatlicher Frist, thun solle: Da sonsten auf wiedriges Befinden, er ohne allen Anstand von der Manutenentz-Commißion zur gefänglichen Hafft solle gebracht, oder aus dem Lande weggeschafft, sowohl auch fiscaliter gegen ihn procediret werden. Wornach alſo derselbe sich schuldiger massen zu achten, und für die verwarnete Straffen zu hüten habe.

§. 307.

Colliſio officiorum.

Occurrit nonnunquam caſus, quo miniſter domino ſuo immediate: at ſuperiori poteſtati, mediate ſubeſt. Quodſi igitur duarum harum poteſtatum mandata collidant, quodnam alteri præferet miniſter? Res plerumque à dubia exitus alea pendere ſolet. Juxta vulgatum: ſi vinco vincentem te, multo magis vinco te, videri poſſet, poteſtati ſuperiori magis, & præ inferiori, eſſe obtemperandum. Interim cum fides domino data, ſit arctior illa, qua ſuperiori tenemur, ac in ſtatu turbido ad vivum reſecari omnia nequeant, nec miniſtro, aut ſubdito, ſit integrum, domini mandata ſub examen vocare, vix peccant, aut pœnam merentur, qui dominum, cui immediate fidem adſtrinxerunt, præferunt ſuperiori. Thuringici Comites, ſub Friderico Admorſo, fruſtra ab Alberto Cæſare ſollicitati, majorem domino territorii, quam Imperatori, arma cum eo conſerenti, fidem debere, judicarunt apud *Fabric.* Orig. Sax. L. 6. Noſtra memoria, durantibus turbis Mecklenburgicis,

gicis, Imperator per literas patentes ſubditis, miniſtrisque Ducis, eidem obſequi interdixit: Dux econtra, ſub capitis pœna, Commiſſioni Cæſareæ obedire, vetuit.

§. 309.

Regula juſti & injuſti, an mere civilis?

Abſona eſt doctrina *Hobbeſii*, de cive, c. 12. regulas boni & mali, juſti & injuſti, eſſe civiles: ante imperia, juſtum vel injuſtum non extitiſſe, atque actionem ſua natura eſſe adiaphoram: quod autem ſit juſta, vel injuſta, à jure imperantis provenire: Reges quæ imperant, juſta facere imperando, quæ vetant, vetando injuſta: privatos autem homines, dum cognitionem boni & mali ad ſe trahunt, in Regia jura involare. Falſum omnino eſt, quod ſupponit Hobbeſius, omnem actionem ſua natura eſſe adiaphoram, nec ante imperia humana, juſtum aut injuſtum extitiſſe. Sicut enim imperium divinum, prius omnino eſt humano, ita hoc, illi, neceſſario ſubordinatur.

§. 310.

Adoratio Principum.

Eutropius L. 9. c. 16. & *Victor* de Cæſar. c. 39. autores ſunt, à Diocletiano originem traxiſſe morem, ut Imperatores adorarentur ab hominibus, qui eos accedebant. Anterioribus temporibus, ſalutabantur oſculo in os, aut manus etiam, dato, verbisque: Ave Imperator, idque officium quotidie iis, matutino tempore, ab amicis, Senatoribus, Præfectis prætorio, tribunis, ac centurionibus, præſtabatur. Adorantes autem, poſtquam immiſſi in Conſiſtorium, ab admiſſionalibus eſſent, Principemque appropinquaſſent, ordinarie in genua procumbebant. Princeps veſtis laciniam, plerumque oſculandam, obtulit, interdum oſculum accedentibus impertivit. Hunc cultum, Imperatori Romano, non ſolum ii, exhibebant, qui in aula dignitate aliqua conſpicui, vel militiæ Palatinæ adſcripti erant, ſed & legati exterorum Regum, imo Reges nonunquam ipſi. Auguſtas ante Juſtinianum, uxorium Principem, tali honore unquam affectas, negat *Procopius* Anecdot c. 30. ubi, Auguſtæ, ait, nullus adorandæ mos fuit. Verum cum in conſpectum Juſtiniani, Theodoræque, venirent, tum alii, tum qui patriciæ dignitatis eſſent, ſtatim in faciem procumbebant, ac manibus, pedibusque tenſis, utrumque Principis pedem oſculo proſequebantur. Conf. *Georg. Laurent. Hausfriz* de Cæſare deſignato ſucceſſore Imperii antiqui, p. 89. ſq.

§. 312.

§. 312.

Num Vaſallus, dominum injuſte belligerantem, juvare tenetur?

Elegans eſt textus 2. feud. 28. princ. domino guerram faciente, etiamſi ſcietur, quod juſte, aut cum dubitatur, Vaſallus eum adjuvare tenetur. Sed cum palam eſt, quod irrationabiliter eam facit, adjuvet eum ad ejus defenſionem, ad offendendum autem alium, non adjuvet, ſi vult. Displicet hæc feudiſtæ deciſio *Hülſemanno, Zieglero*, aliisque, quos citat, iis pariter ſubſcribens, *Adam Rechenberg* de miniſterio, quod crimen, c. 3. §. 12. In bello, ajunt, notorie injuſto, utut defenſivum fuerit, nefas eſſe, Principi ſuo opitulari. At mihi quæſtio de bello injuſto defenſivo plane Domitiana & incongrua videtur. Bellum quatenus eſt defenſivum, nunquam eſt injuſtum. Supponit feudiſta caſum, quo dominus hoſtem injuſte aggreditur, ab hoc autem ita repellitur, ut non amplius de altero offendendo, ſed ſe potius defendendo, debeat eſſe ſollicitus, & tunc eum juvandum à Vaſallo, merito pronuntiat. Dum vero feudiſta pergit, & in caſu belli injuſti offenſivi, Vaſallo liberum relinquit, num dominum juvare velit? in eo feudiſta non agit Caſuiſtam, nec internum conſcientiæ forum reſpicit, ſed externum curiæ feudalis, quæ de eo ſaltem judicat, num Vaſallus ob factum ſuum feudo privari debeat? At cum abſurdum, ac ab omni jure feudali alienum foret, Vaſallum feudo privare, ob auxilium domino præſtitum, etiam in caſu belli injuſti alia deciſio expectari nequit, quam quod Vaſallus, ob omiſſum, hoc caſu, auxilium, feudo privari non debeat, ſed liberæ ſuæ voluntati, num juvare dominum velit, relinquendus ſit.

§. 345.

Injuriam à Rege paſſus, num regnum juſte prodit?

Julianus Septæ Comes, ob vim, filiæ ſuæ, à Roderico, Hiſpaniæ Rege, illatam, regnum Mauris prodidit anno 713.

§. 380.

Lata culpa verſutiæ.

Occurrit R. I. 1594. §. Dieweil denn 69. lata culpa verſutiæ, ubi per verſutiam, non quidem dolum, utpote à culpa diſtinctum, intelligi exiſtimo, ſed nimium, propria commoda promovendi, ſtudium, quæ duo ita differunt, ut in dolo: proæreſis nocendi, in verſutia: cupiditas propriæ utilitatis, præponderet.

§. 384.

Felix culpa num punienda?

A. Poſtumius Dictator, filium, alias ſanctum & fortem, qui non patris juſſu, ſed ſua ſponte, præſidio progreſſus, hoſtes fuderat, victorem ſecuri feriri juſſit, ap. *Valer. Max.* L. 2. c. 7. n. 6. & *A. Gell.* Noct. Att. L. 17. c. 21. quod tamen, ne egregiæ illius dictaturæ, triſtem memoriam faciat, mavult non credere *Livius* L. 17. c. 8.

Papirius Dictator, cum adverſus imperium ejus Q. Fabius Rullianus, magiſter equitum, exercitum in aciem eduxiſſet, quanquam fuſis Samnitibus, in caſtra redierat: tamen neque virtute ejus, neque ſucceſſu, neque nobilitate, motus, virgas expediri, eumque nudari juſſit: quam pœnam ægre tandem tribuni plebis, totiusque populi Romani, interceſſione, flexus remiſit. *Valer. Max.* d. c. 7. n. 8.

§. 408.

Legatus, ſimul miniſter Principis, ad quem miſſus.

Noſtra memoria Franciſcus, Comes de Wratislau, in aula Dresdenſi egit Ambaſciatorem Imperialem, & ſimul ſupremum aulæ præfectum Reginæ Poloniarum.

§. 435.

Titularium & emeritorum forum.

Etiam miniſtris, mere titularibus, forum privilegiatum vindicat L. 3. §. 2. C. ubi Senatores, vel Clariſſimi, civiliter, vel criminaliter, conveniantur: quæ tamen auctis nimium miniſtris titularibus, ob ortas inde confuſiones, haud amplius ſervatur. Emeritis idem tribuitur L. 3. §. 3. C. de Silentiariis.

§. 451.

An ſubditi alere teneantur die Leib-*Guarde*?

Inter Principem Naſſovio-Sigenſem & ſubditos lite ſuborta, unde corporis cuſtodes, die Leib-*Guarde*, ſuſtentari debeant? Camera Imperialis abſolvit ſubditos von beſtändiger Unterhaltung der Grenadier-Compagnie-Guarde, & judicavit, exigendas eſſe à domino territoriali collectas, allein, in Beſtreitung des Reichs-Creiß- und allgemeiner Lands-Laſten, quamvis nulla pacta, cum Ordinibus inita, Principis illius poteſtatem circumſcribant. Vid. *David Georg. Struben* de Statuum provincialium origine & juribus, p. 24. qui & p. 29. aſſerit, Status provinciales in Germania, ex juris neceſſitate, nonniſi militem circularem alere, teneri.

§. 452.

Salaria anticipata.

Vorſchuß an Beſoldungen, ſo ein Bedienter zum voraus empfangen, cenſentur jure nominum activorum, adeo ut condictione indebiti, ab heredibus poſſint repeti, nec ſucceſſor teneatur, talem miniſtrum retinere, donec anticipatum fuerit deſervitum.

§. 454.

Annus gratiæ.

De ejus origine ſequentia notat *Jo. Andr. Hoffman*, de anno gratiæ, & præcipue, quatenus ad heredes collaterales transferri queat, Jen. 1754. §. 4. Veſtigia ejus Seculo XI. deprehendi, Doctores evincunt, ubi Comes Brabantenſis, fundans collegium Bruxellenſe, in diplomate de 1047. fratribus collegii præbendam ſuam, poſt vitæ ſuæ ſpatium, per annum integrum, cuicunque placuerit, relinquendam, conſtituit apud *Aubertum Miræum*, in Codice piar. donat. c. 48. Evidentius illud jus indulgetur literis Cœleſtini, Præſulis Romani, de 1192. ubi Canonicis ſtipendium, à morte deceſſoris, ad expendendum aliquid pietatis cauſa, aut excipiendum ſe, ſi forte obligatus ſit debitis, tribuitur apud *Schatenium*, Annal. Paderborn. L. 9. ad an. 1192. Idem emolumentum Epiſcopus Paderbornenſis, Otto 1292. conſtituit ibid. L. 12. p. 177. & 180. Iisdem rationibus ductus Epiſcopus Herbipolitanus, Henricus, annum gratiæ, conſenſu capituli 1163. ſancivit. Nec minus Canonicis Hamburgenſibus, Balduinus Epiſcopus, 1174. indulſit apud *Staphorſt*, hiſt. eccleſ. Hamburg. P. I. T. I. p. 585. ut poſt diſceſſum, cujuscunque fratris defuncti, præbenda anno integro ſubſerviat, ut, ſi debitis tenetur, ex integro reddantur, vel famuli ejus, vel pauperes Chriſti, pro animæ ipſius remedio, quotidie reficiantur. Hodierna vero anni gratiæ conditio, inter alia ſe prodit ex Ordinatione eccleſiaſtica Saxo-Vinarienſi, c. 19. ibi: Und demnach dieſe halbe Jahrs Gnaden-Beſoldung, mit des verſtorbenen Pfarrers Verlaſſenſchafft, keine Gemeinſchafft oder Verwandniß hat, ſondern denen hinterbliebenen Witwen und Kindern ex gratia, und alſo proprio jure, zuſtändig: ſo hat weder der Vater Macht, in præjudicium derſelben, durch ein Teſtament, diſpoſitionem inter liberos, oder andern letzten Willen, davon Verordnung zu thun; vielweniger iſt er befugt, dieſelbe in einigerley Wege zu beſchweren, ſondern es ſind auch die Witwen und Kinder, des Vaters Schulden davon zu bezahlen, nicht pflichtig.

§. 473.

Fiſco cedit, quod judici in caſum victoriæ promittitur.

Pertinet huc ſententia à Camera Wetzlarienſi, propter tentatam Aſſeſſoris corruptionem, publicata, d. 12 Dec. 1733. In Sachen den Kayſerl. Fiſcal, Klägern, wieder Cornelium Chorum, und Frantz Joannem Nepomucenum, beklagte, andern Theils, citationis, ad videndum adjudicari fiſco Cæſareo, pecunias illicite oblatas, ſeque condemnari, ... iſt allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß beklagte, und zwar ein jeder von ihnen, in die, einem dieſes Kayſerl. Cammergerichts Beyſitzer, pro acceleratione juſtitiæ & in caſum victoriæ, ſchrifftlich, und höchſt-ſtraffbarer Weiſe angebothene 100. Louis d'Or, klagenden Kayſerl. Fiſcali zu bezahlen, verfallen, und dazu zu condemniren ſeyen: als wir hiemit verfallen erklären und condemniren: dabenebſt beſagten Chorum, in die derentwegen aufgelauffene Gerichts-Koſten, mit Vorbehalt richterl. Ermäßigung, fällig ertheilen. Denn iſt denen Beklagten, zu Vollziehung dieſer Urthel, Zeit 6. Wochen, ſub pœna dupli & realis executionis, hiemit beſtimmt und angeſetzt.

§. 483.

Cameræ Aſſeſſores adſtringuentur ad ſexennium.

Præſides æque ac Aſſeſſores Cameræ Imperialis, ad continuandum, per 6. annos, officium, adſtringi, nec ante elapſum ſexennium reſignare poſſe, poſt *Ludolfum* docet *Tafinger* Inſtit. Jurisprud. Cameralis p. 117.

§. 485.

Officii depoſitio.

Actum, quo miniſter officium ſuum deponit, ſubtiſius nonnulli ita diſtinguunt, ut *reſignatio* fiat in manus ſuperioris; *abdicatio*, ſi intra tempus definitum, à magiſtratu, vel officio, abitur; *renuntiatio*, ſi juri perfecto, quod quis ad officium habet, nuntius mittitur: *deſertio* denique, quando, citra impetratam ſuperioris veniam, officium derelinquitur, utut de Clericis, prævia quoque diſpenſatione, à ſtatu Clericali, ad laicalem, tranſeuntibus, prædicari ſoleat, eos ordinem deſeruiſſe.

TOMUS II.

De

Matrimoniis Principum.

§. 11.

Promiſſi cœlibatus Leiningenſes.

Reverſalibus 1497. datis, Heſſo, Leiningenſis, fratri Emichio promiſit, quoniam pater Comitatum debitis oneratum reliquerit: ſo thue er leibl. Gelübd, mit ſeiner Treue, an geſchwornen Eydes ſtatt, daß er ſein Lebenlang kein ehelich Weib nehmen wolle, ohne ſeine Erlaubung, es wäre denn, daß er keine Leibes-Erben verließ.

Anno 1529. quinque fratres Leiningenſes, Emichius, Engelbertus, Ludovicus, Chriſtophorus & Joannes Henricus, pactum iniverunt, daß allein unſer Bruder Emich, als der ältere, ſich ehelichen ſolle, und wir andre uns des enthalten . . . . allein ausgeſchieden, da Emich nicht eheliche Leibes-Erben zielet, alsdenn ſoll unter uns einer dazu am tauglichſten, ein ehelich Heyrath angehen, doch nicht anderſt, denn mit Willen, Wiſſen und Rath, derer andern, ſeiner Brüder. Begebe ſich aber, daß durch Schickung GOttes, einem, oder mehr unter uns, neben dem, ſo vorhin geheyrathet, ein ſolcher ehelicher nützlicher Hüelich zuſtünde, das ſo gut und ſo ſtattlich wäre, daß er ſich davon ohne unſer Grafſchafft unterhalten möchte, ſoll demſelben unbenommen ſeyn . . . . . doch nicht anderſt, denn mit Rath und Bewilligung der andern Brüder, und ohne Beſchwerung der Grafſchafft, denſelben anzunehmen.

§. 15.

Cœlibatus teſtamento impoſitus.

Fridricus Victorioſus, Elector Palatinus, diſpoſitione paterna de 1472. ſtatuit: ob ſich begebe, daß wir, oder unſre eheliche Söhne, einer, oder mehr, nach unſerm Tode, abgienge, und nicht eheliche Leibes-Erben verlieſſe, oder daß wir, oder unſre eheliche Söhne, nicht Söhne, ſondern Töchter gewinnen, und verlaſſen würden, eine, oder mehr: ſo ſoll unſer Sohn, Hertzog Philips, und ſeine Erben, Pfaltzgrafen bey Rhein und Churfürſten, eine derſelben,

selben, unser, oder unsers Sohns, eheliche Tochter, und nicht mehr, die geschickteste in die Welt, zu den Ehren, nach ihrer Geburth und in die heilige Ehe versorgen und berathen mit 32000. fl. baares Geldes, oder mit so viel Schlössern, Städten und Nutzen, die wir uns, und unsern ehelichen Leibes-Erben, ausbehalten haben, als vorstehet, und die Nutzung zum mindesten als gut 1600. fl. lediglich ertragen mögen, und die andern Töchter in Clöstern, darin ein göttlich erbar Wesen gehalten würde, bestatten.

Ludovicus, Comes Ysenburgensis, 1488. disponit: Wäre es auch, daß unser Sohn Philip sich zu ehelichen Stand verändert: so begehren wir an euch Diethern und Johann unsre Söhne, daß ihr euch zu ehelichen Stand nicht verändern, euern Bruder Philip und unser Grafschafft zu gut, weißlich und bedächtlich halten wollet.

§. 24.

LXIII. liberi naturales.

De 63. liberis naturalibus Joannis II. Clivensis Ducis, vid. *Egbert Hopp* de Statu Cliviæ, p. 170.

§. 25.

Polygamiæ apud Romanos origo.

Apud Romanos Antonius primus duas uxores habuit, teste *Plutarcho*, in Vita Antonii.

§. 40.

Polygamia successiva.

Fridricus Wilhelmus, Comes de Grævenitz, quinque successive duxit uxores.

§. 49.

De naturali coitus cum ascendentib. fuga.

Ælianus, Histor. Animal. L. 4. c. 7. scribit: Scytharum Regem, habuisse equam, audio, omni virtute, quæ ab equo præstari queat, ornatam: tum hujus quoque habuisse pullum, ceteris equis virtute præstantem. Cum igitur equum alium non reperiret dignum, qui huic ipsi equæ admitteretur, sed neque equam, tam generoso pullo convenientem, ambos in eundem locum coëgisse. Verum tamen eos, ceteris quidem in rebus, inter se amanter gessisse, ac libenter versatos simul fuisse, non tamen ad coitum perveniſſe; quoad per insidias admissarii, vestimen-

veſtimentis adumbrati fuiſſent, tunc inceſtum ſtuprum admiſiſſe. Quod quidem factum primo, ut ambo intellexerunt, tam impium flagitium morte diſſolvere conati ſunt. Seſe enim præcipites agentes, mortem ſibi conſciverunt. Hæc Aelianus. At credat, qui voluerit.

§. 53.

Ratio prohibiti inceſtus.

Jo. Conrad Spangenberg, de eo, quod juris naturæ eſt circa gradus prohibitos, ita ratiocinatur: Omnes ſcortationis & fornicationis occaſiones ſunt vitandæ, earumque anſa præcidenda. Converſatio cum hominibus diverſi ſexus, accedente ſpe futuri matrimonii, ſunt cauſa fornicationis. Ergo aut converſatio, aut facultas matrimonium contrahendi, tollenda. Prior inter fratres & ſorores tolli ægre poteſt, quia inſpectione parentum egent. Tollenda igitur eſt poſterior, ipſisque matrimonii ſpes præcidenda. Interim cum hæc ratio, non ex ipſa matrimonii eſſentia, ſit deſumta, fatetur, eam non eſſe neceſſariam, ſed contingentem, & diſpenſationem, ſeu exceptionem, admittere, quoties conceſſo ejusmodi matrimonio, nullam reliqui exinde fornicationis occaſionem arripere poſſunt, e. c. in neceſſitate inevitabili genus humanum propagandi, aut ſi ex ignorantia invincibili matrimonium cum ſorore contractum. Nimis generale mihi videtur hujus ratiocinationis fundamentum, quaſi removendum ſit omne id, unde peccandi occaſio, ab aliis male arripitur. Hoc admiſſo, fœminæ formoſæ in templum non foret progrediendum, ne ad illicitos amores alii incitentur. Prohibendum pariter foret, ne famulus famulam uxorem ducat, quoniam ſpes talis matrimonii, famulis, juxta ſe commorantibus, fornicationis cauſa exiſtere poſſet. Hæc talia, quæ ex accidente ſuperveniunt, innoxium, legitimumque, rei licitæ uſum, non tollunt. Si quid video, adverſariorum argumentum movere poſſet legislatorem civilem, ad prohibendas collateralium proximiorum conjunctiones, non autem easdem, ipſo naturali jure illicitas, evincit. Fortioribus omnino hic opus argumentis.

§. 53.

Succeſſio ex inceſtu, haud longæva.

Prohibitioni nuptiarum, ob intervenientem parentelæ reſpectum, robur nonnulli inde volunt conciliare, quod experientia docuerit, matrimonia, inter ejusmodi perſonas contracta, vix longævam Magnatum, eorumve ſtirpis, ſucceſſionem produxiſſe. Vid. *Myler.* Gamolog. c. 2. §. 10. Adde dicenda de Didone,

done, §. 60. juncto §. 55. Domino tamen *de Ponikau*, de conditione privata Statuum Imperii, §. XI. nimis curiosum videtur, hac ratione arcana DEI consilia velle detegere.

§. 59.

Matrimonium cum sorore.

Athenis licitum erat, sororem, non tamen ex eadem matre prognatam, in matrimonio habere, ceu latius deducit *Adrian Steger*, in Oratione: de principibus, incestarum nuptiarum apud gentiles, auctoribus, Lips. 1734. p. 25. Quorsum pertinet, quod de Cimone Athenienſi refert *Cornelius Nepos*, eum sororem habuisse in matrimonio. De dispensatione Papali circa nuptias cum sorore, confer *Pauli Hülsii* historiam sacram turpitudinis incestæ, p. 37.

§. 60.

Nuptiæ cum avunculo, fratrisve filia.

Cleopatra, soror Alexandri M. nupserat Epirotarum Regi, Alexandro, avunculo suo, seu fratri matris Olympiadis, apud *Justin.* L. 9. c. 6. Dioni Syracusano, Dionysii majoris, qui illius sororem in matrimonio habebat, filia, Arete nupsit, Vid. *Cornel. Nep.* in Vita Dionis, c. 1. Herodes, Judææ Rex, & ipse fratris filiam duxit, & suam filiam fratri desponsavit. *Joseph.* Antiq. Judaic. L. 12. c. 16. & L. 16. c. 15. Apud Romanos, Servius Tullius Rex, duas filias matris, illarum fratribus collocavit. *Liv.* L. 1. c. 42.

Lex Salica, tit. 14. §. 16. nuptias cum sororis, vel fratris, filia, aut alterius gradus, consobrina, fratrisque, aut avunculi, uxore, vocat sceleratas, & liberos inde prognatos, infames.

§. 60.

Incestus Ost-Frisicus.

Prævia quidem Pontificis dispensatione, Sabina Catharina, Comitissa in Ostfrisia & Ritberg, nupserat patruo, Joanni. At curia feudalis Hassiaca, ex capite feloniæ, incestuosas nuptias cum patruo contrahendo, commissæ, ad privationem feudi Ritbergici agebat. Lis transactione 1645. ita sopita, ut erga solutionem 16000. thal. Sabinæ posteri utriusque sexus de novo investirentur.

§. 64.

Nuptiæ vitrici cum privigna.

Romæ, ante Augustum, vitrico privignam ducere licebat. De Britannis scribit *Cæsar* de Bell. Gall. L. 5. c. 14. Uxores habent deni, duodenique, inter

ter se communes, & maxime fratres cum fratribus, *parentesque, cum liberis.* Sed si qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, à quibus primum virgines quæque ductæ sunt.

§. 67.

Binæ ductæ sorores.

Honorius Imperator, duas Stiliconis filias, sibi collocatas, martiali amore prosecutus est.

§. 71.

Matrimonium cum fratris uxore.

Drepholus, Priami filius, Helenam, Paridis fratris, viduam, duxit. Eumenes, Pergami Rex, itidem defuncti fratris uxorem, ap. *Liv.* L. 42. c. 11.

§. 81.

Consensus matrimonialis.

Recte *Quintilianus* declam. 256. Nunquam libertas, inquit, tam necessaria, quam in matrimonio est. Quis enim amare alieno amore potest?

§. 82.

Matrimonium infantis.

Barbaram Brandenburgicam, anno ætatis decimo, Henrico XI. ultimo Glogavienſi Duci, nupsisse, notat *Cureus*, in Chron. Silef. part. 2.

§. 106.

Matrimonia per procuratorem.

1750. Maria Antonia Hispanica, Sardiniæ Principi hereditario, Victori Amadeo, procuratorem agente Comite ab Osorio.

1752. Henricus, Borussiæ Princeps, Wilhelminæ Hasso-Cassellanæ, procuratorem agente Wilhelmo, Landgraviæ Cassellano.

§. 107.

Etiam Germanorum in Germania.

Observat *Moserus* in seinem Teutschen Staats-Recht Tom. XIX. p. 467. copulationem per procuratorem haud esse receptam, quoties ambo desponsati degunt in Germania. At obstant exempla, à nobis adducta, sub ao. 1673. quo Leopoldo Imperatori, Claudia Felicitas Tirolensis, juncta, procuratorem agente Principe

Principe de Dietrichſtein. It. 1708. quo Fridericus I. Boruſſorum Rex, Sophiæ Megapolitanæ copulatus, procuratorem agente Carolo Leopoldo, Megapolitano. It. 1752. quo Henricus, Boruſſiæ Princeps, Wilhelminæ Caſſellanæ junctus, procuratorem agente Wilhelmo, Landgravio Caſſellano. It. 1755. quo Ludovicus Meclenburgico-Sverinenſis, Charlottæ Sophiæ, Saxo-Coburgicæ, junctus, procuratorem agente fratre ſponſæ, Erneſto Fridrico Coburgico.

§. 148.

Deductio in domum, num Romano jure de matrimonii eſſentia?

Erudite in hanc quæſtionem inquirit *Henricus Linck* de illuſtrium deductione ad domum, p. 14. Jure Pandectarum & Codicis, nonnulli putant, conſtituiſſe deductionem in domum, eſſentialem nuptiarum ſolennitatem, propter L. 5. Dig. de rit. nupt. L. 15. de condit. & demonſtr. L. 6. C. de donat. ante nupt. Unde & regulam, quod nuptias non concubitus, ſed conſenſus, faciat, in L. 30. Dig. de Reg. Jur. vitioſe & imperite à Triboniano propoſitam ait *Franciſc. Hotomannus* L. 5. Obſ. 6. Sed ne quidem jure Pandectarum & Codicis in domum deductionem, ſimpliciter fuiſſe neceſſariam, arguunt tot loca, quæ nuptias ſolum conſenſum efficere aſſerunt. L. 32. §. 13. L. penult. pr. de don. inter vir. & ux. L. 15. in fin. de condit. & demonſtr. Nov. 22. c. 3. Nov. 117. c. 3. adeo, ut inter abſentes quoque, per literas, ac procuratorem, contrahi potuerint. Conf. L. penult. pr. de donat. inter vir. & ux. L. 22. C. de nupt. Imo maritus quandoque in ædes uxoris immigravit, L. 4. §. 1. & L. 5. de uſ. & habit. In dubio tamen, matrimonium demum poſt deductionem in domum, cenſebatur perfectum, & in obſcura voluntate, deductio præbet indicium certum, nuptiarum contractarum. Matrimonium inter abſentes quoque poteſt contrahi, in deductione autem ad minimum uxoris præſentia neceſſario requiritur, L. 5. Dig. de ritu nupt.

§. 151.

Diſpenſatio ſuper trina proclamatione.

Cum anno 1690. Erneſtus, Landgravius Haſſo-Rheinfelſenſis, Alexandrinam à Dürickel Morganatica lege duceret, prævia diſpenſatione ſuper trina proclamatione, copulatio, per parochum eccleſiæ Romanæ, in arce Rheinfels, peracta.

§. 184.

Heretici durius habentur, quam pagani, aut Judæi.

Dum Romani hereticorum matrimonia ad formam Concilii Tridentini exigunt, durius & deterioris conditionis ab ipsis habentur Protestantes, (utpote ex Romanorum mente heretici) quam pagani, quippe qui Constitutionibus Canonicis non arctantur, cap. 8. X. de divortiis, aut Judæi, qui ex lege sua Mosaica in matrimonialibus judicantur.

§. 188.

Olim cognatio spiritualis dirimebat matrimonium.

Vid. can. 1. caus. 30. quæst. 1. & ao. 757. Synodo Compendiensi decretum, ut si quis filiastrum, aut filiastram suam, ante Episcopum ad confirmationem tenuisset, ab uxore sua separetur.

§. 200.

Origo benedictionis sacerdotalis.

Christoph. Matth. Pfaff. in Originibus juris ecclesiastici, p. 164. ad benedictionem sacerdotalem trahit epistolam *Ignatii* ad Polycarpum, §. 5. decet vero, ut sponsi & sponsæ, de *sententia episcopi* conjugium faciant, quo nuptiæ sint secundum dominum, & non secundum cupiditatem; it. *Tertulliani* de pudicitia, c. 4. ideo penes nos occultæ quoque conjunctionis, i. e. *non prius apud ecclesiam professæ*, juxta mœchiam & fornicationem judicari, periclitantur. Sed hæc nimis generalia sunt. Ex Seculo IV. pro benedictione sacerdotali extantiora testimonia profert *Tobias Pfanner* Obs. eccles. L. 2. c. 7. p. 533.

§. 215.

Fratrum quoque consensus, in Principum matrimoniis, passim requiritur.

Ferdinandus I. Imperator, testamento de 1554. disponit, daß unser geliebten Söhne keiner, sich selbst, nach seiner Kühr, verheyrathen solle, ohne der anderen Vorwissen und Rath. Simile quid legitur in testamentis Christiani I. Saxo-Merseburgensis de 1688. Friderici I. Gothani de 1685. Caroli Alexandri Würtenbergici de 1737, ubi simul pœna amittendi apanagii præstituta.

§. 217.

§. 217.

Galliæ Procerum nuptiæ Regio assensu egent.

Le Bret, de la Souveraineté du Roi, L. 1. c. 8. refert, quod cum Guido, Flandriæ Comes, filiam suam Philippam, Eduardo, Angliæ Regi, in matrimonium, promisisset, sine consensu Galliæ Regis, Philippi Pulchri, criminis læsæ Majestatis accusatus, promissum retractare fuerit coactus, puella autem in custodia detenta, in qua post aliquot annos decessit.

§. 221.

Redimenda matrimonii licentia.

In charta Alidis, Boulariæ dominæ, apud *Aubertum Miræum*, in notitia ecclesiarum Belgii, T. 1. p. 755. qua consensu filiorum, omnes servos & ancillas, in dominio de Boulario commorantes, manumittit & absolvit ab omni exactione, & taliis, (tributis) inter alia excipit, ut pro licentia matrimonii contrahendi, solvant duodecim denarios, legalis monetæ patriæ.

§. 221.

Principum Germaniæ matrimonia libera.

Henricus III. Imperator, ægre ferebat, quod Beatrix, vidua Bonifacii, patris celeberrimæ Mathildis, matrimonium cum Godofredo, Lotharingiæ Duce, contraxerit, se inscio. At Beatrix, acquiescente Cæsare, respondit: matrimonia jure gentium esse libera. Conf. *Lambert. Schafnab.* ad an. 1055.

§. 236.

Reservatum ecclesiasticum.

Cum Mauritius Wilhelmus, Dux Saxo-Cizensis, 1717. Evangelicam religionem cum Pontificia mutaret, fructibus & emolumentis Episcopatus Numburgensis privabatur. Conf. *Pharamundi Chlodovæi* (sub quo latet Dominus *de Ludewig*) unschuldige Rechtliche Nachricht von der Naumburgischen, vom Jahr 1717. unterlassenen Postulation, und endlich im Jahr 1726. beschehenen Uebertragung der Landes-Regierung.

§. 236.

Abbatissæ Protestantes nubentes, beneficia amittunt.

Urgent dissentientes *Eybenius* & *Thulemarius* apud *Ludolf.* l. c. libertatem nubendi nullibi restrictam, sed potius stabilitam Instrum. Pac. art. 5. §. 16. ubi

ubi disponitur, intuitu Archiepiscopatuum, Augustanæ confessioni addictis permanentium, statuta nihil continere debere, illi confessioni adversum, eorumve conscientiam lædens. Unde tamen id saltem sequitur, matrimonia ipsis non posse interdici, utut statuta, quæ nonnisi cœlibem personam requirunt, de cetero in vigore permanere queant. Unde Abbatissas nubentes, plerumque resignasse, deprehendimus. * Memorabile tamen est exemplum contrarium Abbatissæ Gernrodensis, Elisabethæ, natæ 1545. & nuptæ 1570. Wolfgango, Comiti in Barby, quæ usque ad mortem 1574. secutam, Abbatiam retinuit, & à Maximiliano II. Imperatore durante matrimonio ad Comitia, qua Abbatissa Gernrodensis, fuit evocata. Quod vero interseritur, Abbatias esse: freye Weltliche Stiffter, nil ad rem facit. Nam inter ipsos Catholicos Seculares Abbatiæ vocantur, quæ non ad ordinis cujusdam regulas sunt adstrictæ, licet ideo non sint secularisatæ, nec conjugatos admittant.

* Sidonia Oldenburgica, Abbatissa Herfordiensis, nupsit 1649. Augusto, Duci Holsato-Beccensi: Elisabetha Albertina, Dessaviensis, 1686. Henrico Duci Saxo-Barbiensi: Christina Sophia, Brunsvicensis, Abbatissa Gandersheimensis, 1681. Augusto Wilhelmo, Brunsvicensi.

§. 236.

Secularisati Archiepiscopatus uxoratos admittunt.

Talis est Magdeburgicus, in quo jam, antequam pace Westphalica Seculo addiceretur, administrator ejus, cum uxorem ducere vellet, dicis causa 1614. resignabat, se tamen statim iterum postulari curabat, ut hac ratione capitulo jura servarentur integra.

§. 240.

Matrimonium cum Pontificia, privat successione Anglicana.

1701. 15. Jul. Ayant eté stipulé, que toutes & chacune personne, ou personnes, qui heriteront, ou pourront heriter la dite couronne, en vertu de limitation du present acte, qui sont, ou seront reconciliés, ou auront communion avec le siege de Rome, ou qui feront profession de la religion Papiste, ou *qui se marieront* à des Papistes, seront inhabiles à succeder.

§. 251.

Libera Germanis conjugia cum exteris,

Cap. I. X. de Sponſalib. nobilis de Francia, mulierem de Saxonia ductam, poſteaque dimiſſam, recipere ac pœnitentiæ Evangelicæ legis ſubjici, jubetur.

§. 251.

Conſilia paterna de non ducendis exteris.

Joannes Wilhelmus, Dux Saxo-Vinarienſis, teſtamento 1573. filio commendat, ſich mit einem Chriſtfürſtlichen Fräulein in Teutſchland zu vermählen, mit nichten aber mit fremden Nationen zu befreunden. Hanc avi ſui dispoſitionem, teſtamento de 1654. repetit Erneſtus Gothanus, addens ſimul: Wie Wir denn aus erheblichen Urſachen, ihnen, und unſerm Hauſe, vor erſprießlich befunden, daß keines aus unſern Kindern, ſich an jemand unſers Hauſes Gräfl. Lehnleute, verheyrathen ſolle.

§. 251.

Auguſtæ extraneæ.

Otto M. habuit Anglicanam; Otto II. & Philippus Svevus, Theophaniam & Irenem, Græcas; Henricus III. Cunichidem Danicam, & Agnetem Aquitanicam; Henricus IV. Italam & Ruſſicam: Henricus VI. Siculam: Fridericus III. Eleonoram Luſitanam: Carolus V. Iſabellam Luſitanam: Leopoldus Hiſpanam.

§. 253.

Svecica heres nubat Svecо.

Regni Sveciei Ordines in unione hereditaria, in Comitiis Norcopienſibus 1604. ſtabilita ſanxerunt: Wenn es ſich zutragen ſolte, welches GOtt gnädig abwende, daß die gantze Königl. und Fürſtl. männliche Abkunfft und Geſchlecht abſtiel, und Weibl. Erben übrig blieben, von hochbemeltem Königl. und Fürſtl. Geſchlecht, ſo wollen Wir noch ferner, aus gutem freyen Willen, zeitigem Rath und wohlbedachtem Muth, gelobet und zugeſaget haben, gleichwie Wir hiemit geloben, zuſagen und ſchwören, einhellig und einmüthig, ſämtlich und beſonders, für uns alle, und ein jeder für ſich, wie auch alle unſre Nachkommende, auf das kräfftigſte es immer geſchehen kan, und ſich gebühret, daß Wir wollen und ſollen annehmen und bekommen die Fürſtin, und Königs-Tochter, welche alsdenn die älteſte und unverſehen iſt, von ſelbem Königl. Weibl. Geſchlecht, für Schweden Reichs-Königin, doch daß wir Ihr Fürſtl. Gnaden nicht

nicht sollen wehlen einen Mann, wieder Ihr Fürstl. Gn. eigenen guten Willen, und Bewilligung, und absonderlich nimmermehr einen von dem Volck, Reich und Land, welche uns Schweden verachten, und nach unserm Verderb und Untergang getrachtet haben, auch nicht einen, welcher ist von irriger, falscher und abgöttischer Religion, und mit uns in der Religion nicht einig ist. Allermassen ihr auch hiemit soll verbothen seyn, mit solchen Nationen sich in Heyraths-Handlungen einzulassen, so ferne sie ihre Rechte nicht will verbrochen haben, sondern einen eingebohrnen Schwedischen Mann, der dem Reiche kan nützlich, und ihr behaglich seyn, oder auch einen aus den Fürstlichen Häusern in Teutschland, welche aus Schweden, von König Gustav hochlöbl. Gedächtniß, ihre Abkunfft haben, und mit uns in der Religion eins sind.

§. 258.

Reges duxerunt ancillas.

Apud Francos olim, non dubitasse Reges ancillas justis nuptiis sibi jungere, docent exempla Austregildis Guntchrami, Merasledæ & Marcovefæ Chariberti, apud *Gregor. Turonens.* L. 4. c. 25. sqq. Nantechildis Dagoberti apud *Fredegar.* in Chron. c. 58. Bathildis uxoris Chlodovæi II.

§. 260.

Jus Canonicum sustinet conjugia inæqualia.

Unde in foro ecclesiastico talia matrimonia quidem habentur *rata*, h. e. indissolubilia, licet non sint *legitima*, h. e. effectibus civilibus destituta. Conf. *Bœhmer* Jus eccles. Protestantium, L. 4. T. 9. §. 19.

§. 265.

Connubia Principum cum nobilibus.

Seculo XII. teste *Conrado Urspergensi*, Fridericus Aenobarbus, Imperator, conjugem suam Adilam, Dieppoldi Marchionis ab Hochberg filiam, sub consanguinitatis obtentu, dimissam, in matrimonium collocavit Ministeriali, Didoni de Ravenspurg.

§. 266.

Seculo XIV. Ulricus III. Teccensis, 1376. duxit Annam à Rechberg, ex qua familia Sveviæ Duces habuere ministeriales & Castellanos in Stauffen.

§. 268.

Mechtildis à Campen erat filia nobilis cujusdam Brunſvicenſis, Jani III. auf Iſenbüttel.

§. 270.

In domo Oettingenſi-Wallerſtein, Fridericus Comes duxerat civici ordinis fœminam é civitate Nördlingenſi, Urſulam Heilbrunnerin, liberi tamen inde ſuſcepti, à familia haud fuere agniti. At cum Wolfgangus Senior, duceret nobilem Brabantinam, *Joannam de Molle*, à patre quidem, Guilielmo Seniore, penitus exheredabatur, ipſique demum, intercedente Erneſto Colonienſi, Electore, annui 500. fl. reditus ita aſſignabantur, ut omni reliquæ paternæ ſucceſſioni renuntiare cogeretur. At Wolfgango, ante parentem mortuo, filius ex Joanna de Molle relictus, Erneſtus junior, pactum paternum impugnabat, ac impetrabat 1623. transactione Wallerſteinenſi, ut ſibi loco 500. annui 5000. fl. cum præfectura: Unterbißingen, aſſignarentur, reſervata ſimul ſucceſſione, ſi linea quædam exareſceret, quæ transactio ab Imperatore Ferdinando II. confirmata. Imo cum annui illi 5000. fl. non ſatis accurate ſolverentur, novis inde motibus ſubortis, integra tertia portio hereditatis avitæ, per ſententiam judicii Imperialis aulici, ipſi fuit adjudicata.

§. 270.

Sententia judicii Imperialis Aulici in cauſa Birckenfeldenſi d. d. 11. Apr. 1715.

Daß die zwiſchen weyl. Herrn Pfaltzgrafen, Johann Carl, und ſeiner hinterlaſſenen Fürſtl. Frau Wittib, Eſther Maria, gebohrne von Witzleben, getroffene Ehe, vor ein ordentliches, gültiges und vollſtändiges, Fürſtliches matrimonium, des vom Herrn bekl. Pfaltzgraf Chriſtian, aus dem Brüderl. Vergleich vom 15. Apr. 1673. dawieder angezogenen paſſus, und gethanen andern Einwendens, ungehindert, allerdings zu achten, und um deswillen, die darinn erzeugte Kinder, vor des Pfaltzgräfl. Nahmens, Standes und Würden, und der Succeſſion, in alle, ihrem Herrn Vater zuſtändig geweſte Stamm- und Fideicommiſs-Güther, Fürſtl. Gerechtſame und Prærogativen, ohne Ausnahme, und inſonderheit den, dermalen unbefugt in Streit gezogenen würckl. Beſitz und Genuß, des jährlich auf dem Fürſtenthum Neuburg hafftenden Stamm-Deputats, wie ſolches ihr Herr Vater ſelbſt gehabt, oder hätte haben

ben sollen, fähig zu erklären: und demnach Herr Beklagter, diese, von seinem Herrn Bruder hinterbliebene Fürstl. Söhne, vor dessen Fürstl. Leibes-Erben, und Pfaltzgräfl. Stamm-Agnaten zu erkennen schuldig: Hierüber auch zu Erstattung des, durch die eigenmächtige Einbehaltung berührter Einkünffte, verursachten Schadens, und des Interesse moræ, wofern von der Fürstl. Frau Mutter, daß dessen Vorenthaltung auf Anhalten Herrn Beklagtens verordnet worden, binnen 2. Monath Frist besser, als geschehen, dargethan werden wird, verbunden, und dazu zu condemniren seye, compensatis expensis, & annexis executorialibus.

§. 279.

Matrimonia inæqualia, Principibus exosa.

Ernestus, Dux Saxo-Gothanus, testamento 1654. cavit: Wie wir denn aus erheblichen Ursachen, unserm Hause ersprießl. befinden, daß keines aus unsern Kindern, sich an jemand unsers Hauses Gräfliche Lehn-Leute verheyrathen solle. Vid. monita §. 251.

§. 284.

Comitissæ denubentes.

Anna Sophia, Comitissa de Sayn & Witgenstein, Gustavi filia, nupsit civici ordinis homini, Castell. Charlotta Henrica, Solmensis, in Laubach, vidua Henrici, Comitis de Solms-Braunfels, secundis nuptiis se junxit civici ordinis homini, cui nomen Verna.

§. 319.

Principum Imperii uxores, non sunt subditæ maritorum.

Ii, qui vi superioritatis territorialis, Principi, uxorem ejus, esse subditam, perhibent, vel inde confutantur, quod mortuo tali Principe, ad successorem transeat superioritas, cum qua proinde, etiam imperium in viduam transire deberet. At constans praxis evincit, nullum unquam Germaniæ Principem, sibi arrogasse imperium, in viduam defuncti.

§. 336.

Uxor de acquisitis ex regno, vel feudo, participat.

Apud Francos, id peculiare erat, quod uxor non modo de allodialibus mariti, sed certo modo etiam de feudo, imo de acquisitis ex regno, participaret, adeo, ut mortuo marito, dimidium acquæstus ex allodio, tertiam vero partem

ex

ex feudo & acquiſitis ex regno, caperet. Legi hanc in rem merentur Capitularia Caroli M. & Ludovici Pii, Lib. 4. §. 9. & Lib. 5. §. 295. ibi: Volumus, ut uxores defunctorum, poſt obitum maritorum, *tertiam partem* collaborationis, quam ſimul in *beneficio* conlaboraverunt, capiant, & de his rebus, quas is, qui illud beneficium habuit, *aliunde* adduxit, vel comparavit: vel ei ab amicis ſuis collata ſunt, has volumus, tam ad orphanos defunctorum, quam ad uxores eorum, pervenire. Addatur *Aimoin.* de geſt. Francor. L. 2. c. 36. ibi: procurante Eya, Chlodovæi Regis, palatium gubernante, omnis theſaurorum Dagoberti ſuppellex, in ſpeciebus variis, muneribusque, antea abditis, prolata, ac inter fratres æqua eſt, lance diviſa: *tertia parte* tamen ex omnibus, quæ Dagobertus acquiſiverat, poſtquam Nanthildem ſibi ſociaverat, ipſi Reginæ ſervata. Gemina occurrunt apud *Gregor. Turonenſ.* c. 84. p. 655. & in geſtis Dagoberti, c. 47. Veſtigium hujus conſvetudinis adhuc occurrit Seculo XVI. cum Henrici VII. Anglorum Regis filia, nupta Ludovico XII. Gallorum Regi, poſt hujus obitum Suffolckio Duci nuberet, atque in Angliam rediret, diſſentiente licet Franciſco I. Gallorum Rege, eo quod NB. ſecundum leges regni, tertia pars redituum Cameræ ad Reginam viduam ſpectaret, ceu ſcribit continuator *Philippinæ Jacobinæ Bergomenſis*, Lib. 17. fol. 140. ad an. 1520. apud *Struv.* in Jurisprud. Heroica, Part. 2. p. 146.

§. 354.

Reſcriptum Imperiale in cauſa Yſenburgica.

Rudolph &c. Lieber getreuer. Aus dem Einſchluß haſtu zu erſehen, was bey Uns die Wetterauiſche Correſpondentz-Grafen, die Wohlgebohrne unſre und des Reichs liebe getreue Philip Ludewig, Graf zu Hanau und Herr zu Müntzenberg ꝛc. unſer Rath, Johann Graf zu Naſſau Catzenelnbogen, und Johann Albrecht, Graf zu Solms und Herr zu Müntzenberg, wieder dich des angemaßten Grafen-Titels in Unterthänigkeit geklagt und gebethen: Wenn dir denn, dergleichen dich zu unterfangen, in keine Wege gebühret: hierum ſo befehlen wir dir hiemit ernſtlich, bey Vermeydung unſerer ſchweren Ungnad und Straff, daß du dich hinfüro des Grafen-Titels enthalteſt, und da du dich hierdurch beſchwert zu ſeyn erachteſt, in Zeit 2. Monath, nach Empfang dieſes, anzurechnen, Uns du deinen Bericht überſchickeſt. Daran vollzieheſtu unſern ernſtl. Willen und Meinung. Geben auf unſerm Königl. Schloß zu Prag, 9. Nov. 1609.

§. 357.

Dominam de la Serre,

Conjugem Joannis Franciſci Deſiderati, Principis Naſſovio - Sigenſis, 1686. 4. Jan. ab Imperatore ad Comitiſſæ dignitatem evectam, ſcribit *Moſer* im Teutſchen Staats-Recht, Tom. XIX. p. 203.

§. 357.

Liberi ex conjuge inæquali, ad ſucceſſionem, ſine codicillis, admiſſi.

Pertinet huc ſententia judicii Imperialis Aulici, pro Erneſto juniore Oettingenſi, ex Johanna de Molle nato, lata, nobisque memorata ad §. 270.

§. 360.

Impar matrimonium, Meſalliance.

Quamvis Imperator, inde à Caroli VII. electione, promittat, ſe nolle impari matrimonio (aus notoriſcher Mißheyrath) ortis, paternam dignitatem & ſucceſſionem tribuere: id tamen dubium reſtat, quænam Principum matrimonia pro imparibus ſint habenda? Confer monita ad Tom. V. §. 713.

beros genuerat, ac anno 1552. eam ſibi copulari curabat, poſtea demum à Papa petens, ut ab ordine Subdiaconatus abſolveretur, quoniam à parente vi, ac metu, ad ordinem ſuſcipiendum, fuerit coactus. Papa officiali Monaſterienſi committebat, ut declaret, Philippum non obligari ordini Subdiaconatus, nec ad continentiam ſervandam teneri, ſed alio Canonico impedimento non obſtante, matrimonium contrahere, & poſtquam contractum fuerit, in illo remanere, ac in paternis, nec non maternis, & aliis, alias ſibi legitime obvenientibus, bonis ſuccedere, illa poſſidere, & de illis diſponere, libere & licite poſſe, ac prolem ab eo, ex dicto matrimonio procreandam, legitimam fore. Obveniebat Philippo 1554. ſucceſſio quædam. At poſt ejus mortem, Comes in Dhaun-Oberſtein, filium defuncti, Wirichium, à ſucceſſione excludebat, interſerens, diſpenſationem Papalem eſſe ſub- & obreptitie impetratam, quia de matrimonio demum ineundo ſit concepta, quod tamen jam antea contraxerit Philippus, nec diſpenſationem Papalem effectus civiles poſſe producere. Re ad curiam feudalem Lotharingicam delata, hæc pro Wirichio pronuntiavit. At in appellationis inſtantia, Camera Imperialis matrimonium illegitimum, ac Wirichium, ſucceſſionis incapacem, judicavit.

§. 123.

Legitimatio Saynenſis.

Pertinet huc concluſum judicii Imperialis Aulici de 31. Mart. 1716.

Zu Sayn-Witgenſtein, Graf C. F. puncto legitimationis filiæ:

Publicatur Reſolutio Cæſarea: Es ſey mit der gebethenen Legitimation zu willfahren, jedoch daß im Nahmen und Wapen, der Conſequenz halber, vom Väterl. Stamm abſtrahiret werde.

Cumque denuo ſupplicaretur pro nomine & inſignibus paternis, ſequebatur concluſum d. 8. Jan. 1718.

Laſſen es Ihr. Kayſ. Maj. aus erhebl. Urſachen ledigl. bey der vorigen Reſolution bewenden.

§. 128.

Honorificum Baſtardi nomen.

Antonius, naturalis Philippi, Burgundiæ Ducis, filius, vocari ſvevit: de groote baſtard. van Burgund.

§. 136.

Prohibitio, ne quis se curet legitimari.

Valde est memorabile diploma Caroli V. Imperatoris, quod edidit *Christian Gottlieb Schwarz* de antiquo ritu legitimandi per pallium, §. 5. pag. 10. His tabulis prohibet Imperator liberis quibusdam illegitimis, ne se legitimari curent, in præjudicium cujusdam Friderici Stöcklein. At fraus facile fieri potuisset, si relicta Friderico Stöcklein legitima salva, reliqua bona per testamentum illegitimis fuissent tributa. Ita sonant ipsæ tabulæ: Wir Carl der Fünffte v. G. G. Römischer Kayser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hispanien, beyder Sicilien, Jerusalem, Hungarn, Dalmatien, Croatien König, ꝛc. bekennen öffentlich mit diesem Brieff und thun kund allermännigl. daß Wir aus ehrlichen Ursachen, Uns fürbracht und dazu bewegend, Unsern und des Reichs lieben getreuen Fridrich Stöcklein, auf sein unterthänig demüthig Bitte, diese Gnad und Freyheit gethan, declariret und erkläret haben, und thun das hiemit von Römisch Kayserl. Macht wissentl. in Krafft dieses Brieffs, also wo des obgemelten Fridrich Stöckleins Brüder oder Geschwistrigt, eines oder mehr, so von seiner Mutter, in Zeiten ihres ledigen Standes gebohren wären, künfftig über kurtz oder lang, von Uns, oder andern, so dessen von Unsern Vorfahren, oder Uns, oder jemands, Gewalt hätten, einige legitimation ausbringen und erlangen würden, daß so fern die gemelten seine Brüder, oder Geschwistrigt; ex illicito coitu gebohren, und ihre Mutter sonst von rechts wegen nicht erben möchten, den genannt Fridrich Stöcklein und seine Erben, seiner Väterl. und Mütterl. Erbschafft keinen Schaden, Abbruch, Mangel, Irrung noch Verhinderung bringen, dawieder angezogen, verstanden, und gebraucht werden, sondern dies alles allerdings krafftloß und unbündig seyn und bleiben solle. Denn Wir dieselbe also ausbrachte und gegebene legitimation, auch alles und jedes, so darauf erfolget, so ferne es dem offtgemelten Fridrich Stöcklein, und seinen Erben, in einigerley Weise zu Nachtheil kommen möchte, aufgehebt, vernicht, und abgethan haben, heben auf, derogiren, vernichten, und thun das alles ab, aus obgemelter Unserer Kayserl. Macht, Vollkommenheit, wissentl. in Krafft dieses Brieffs, jetzo als denn, und denn als jetzo: Und gebiethen darauf allen und jeden Churfürsten ꝛc. ꝛc. und sonderlich denen vielberührten Fridrich Stöckels unehelich gebohrnen Brüdern und Geschwistrigten, ernstlich und vestigl. mit diesem Brieff, und wollen, daß sie den obgenannten Fridrich Stöcklein

und seinen Erben, bey dieser Unserer Kayserl. Declaration und Erklärung, wie obberührt ist, gäntzlich bleiben lassen, sie darinn nicht hindern, noch irren, auch dawieder nicht thun, noch andern zu thun gestatten, in keine Weise: als lieb einem jeden sey Unsre, und des Reichs schwere Ungnade und Straffe, und dazu eine Poen von 15. Marck lötiges Goldes zu vermeiden, die ein jeder, so offt er freventl. hiewieder thäte, Uns halb in Unsre und des Reichs Cammer, und den andern halben Theil, gemeltem Fridrich Stöcklein, und seinen Erben, so hiewieder beleidiget würden, unnachläßlich zu bezahlen, verfallen seyn solle. Mit Urkund dieses Briffes besiegelt, mit Unserem Kayserl. anhangenden Siegel. Datum Augspurg d. 14. Jul. 1548.

§. 144.

Adoptio Lotharingicæ.

Carolum, Lotharingiæ Ducem, in compensationem juris sui, in Lotharingicum & Barensem Ducatum, Ludovico, Galliæ Regi, cessi, in Regiam sobolem, post Augustam Borboniorum stirpem, adoptatum, & Lotharingiæ Principes, in sanguinis Regii jura promotos, scribit *Benj. Priolus* de reb. Gall. L. 12. c. 2.

§. 148.

De adoptione Ortenburgica.

ita *Kulpisius*: Adoptatus ἄπαις mortuus, successionem in fratres Hermannum III. & hoc obeunte, Fridericum, transmisit, qui à Sigismundo Imperatore, cui soror Friderici, Barbara, nupta erat, ad dignitatem Principis Imperii evectus est, Archi-Ducibus Austriæ, Ernesto & Friderico, in quorum Principatibus Stiriæ & Carinthiæ, ditiones istæ sitæ fuerunt, novæ non minus dignitati, quam successioni, ex adoptione quæsitæ, valde repugnantibus, donec dissidia in bella erumperent, uti prolixius descripsit *Megiserus*.

§. 151.

De adoptione Hanoviensi.

consilia quidem 1685. agitata, ea tamen, quoniam nullos producere potuisset effectus, haud secuta, utut *Kulpisius*, eam re vera peractam, tradiderit, meliora postea edoctus.

Oswaldus IV. Comes Bergensis, 1712. suum, ex sorore nepotem, Franciscum

scum Wilhelmum Nicolaum, Comitem in Hohenzollern - Sigmaringen, heredem scripsit, hac lege, ut axioma Comitis Bergensis in posterum sumeret.

Sic & Comes de Witten, privignum Franciscum Reinaldum, Comitem ab Andlern, sub lege, nomen & insignia Wittiorum gerendi, heredem ex asse nominavit.

Comes de Salmour, à vitrico suo, Comite de Wackerbarth, Status ministro Saxonico, adoptatus, opulentam hoc nomine crevit hereditatem.

§. 154.

Fœmina adoptat.

Charlotta, heres Cypri, Joannis II. Regis filia, postquam à fratre notho Jacobo, auxilio Soldani, Ægyptii regno pulsa, Carolum II. Ducem Sabaudiæ, Joannis I. Cypri Regis, ex filia Anna nepotem, adoptavit, ac jus suum in Cypri regnum, ad Sabaudos transtulit. Hinc nascitur prætensio Sabaudi contra Venetos, quibus Jacobi vidua, Catharina, Cypri regnum concessit. Pro Sabaudo scripsit *Petrus Menodus* Jesuita, pro Venetis *Theodorus Graswinckel.*

§. 155.

An fœmina Romana adoptat?

Quamvis sub libera Romanorum Republica, fœminæ adoptare non possent, eas tamen jam tum heredes, ea lege instituisse, ut nomen suum ferrent, observat *Heinec.* Antiq. Rom. L. 1. T. XI. §. 18. in fin.

§. 156.

Natus post adoptionem adoptatum excludit.

Quodsi post factam adoptionem, adoptanti liberi nativi superveniant, adoptio quidem eatenus subsistit, ut patriam potestatem operetur. Sed quoad successionem in bona patrimonialia, dubium videtur, num nativus excludat adoptivum? an ambo æqualiter succedant? aut nnm demum in subsidium, deficiente iterum nativo, adoptivus succedat? In publico regno dubium haud est, potiorem esse causam filii nativi. Seculo VII. Sigebertus, Dagoberti I. filius, Austrasiæ Rex, & Chlodovæi II. frater, cum nullos procreasset liberos, à magistro equitum Austrasianorum, Grimoaldo, adductus fuit, ut Ildebertum, ejus filium, adoptaret. At adoptione patrem factum, mox natura filio donavit. Dagobertus procreatur. Mortuo Sigeberto, Austrasiæ Rege, anno regni sui undecimo Grimoaldus Ildebertum Regem salutat, ejusque causam adoptionis jure armis tue-

tur, ac Dagobertum attonſum, ad amicos in Scotiam ablegat, ſucceſſu minus felici. Nam Ercenboldus, magiſter equitum Francorum, prœlio Ildebertum occidit, Grimoaldum captum Lutetiam ad ſupplicium miſit. Vid. *Paul. Æmil.* Hiſtor. Francor. L. 1.

§. 162.

Pacta ſororia Ritbergica.

Per hæc pacta, non quidem perſonæ extraneæ in ſorores ſunt adoptatæ, ſed ſaltem inter ſororum liberos, ordo peculiaris ſuccedendi, ab ordinario diverſus, ſtabilitus. Conf. dicta ad Tom. V. §. 132.

§. 164.

Juſtinianus adoptare voluit Cosröen, Perſarum Regem,

teſte *Bodino*, de Republ. L. 1. c. 4. p. 46. qui licet ad *Procopium* provocet, non ſatis tamen eundem aſſecutus videtur.

§. 165.

Adoptio in nomen & inſignia.

Talis adoptio eſt impropria, quia patriam poteſtatem non operatur. Vid. *Heinec.* Antiqvit. Rom. L. 1. T. XI. §. 18.

§. 169.

Adoptatus in feudo non ſuccedit.

Nicolaus ab Abensberg, ultimus ſuæ gentis, adoptarat Joannem Comitem de Montfort: ſed cum decederet 1485. Bavarus bona occupavit, ſolutis Montfortio Comiti 4000. fl. quæ omnia Imperator confirmavit.

§. 173.

Heredes ſcripti, ſub conditione aſſumendi nomen teſtatoris.

Vid. exempla adducta ad §. 151.

§. 181.

Dignitas, cum facultate adoptandi, collata.

Cardinalis, Franciſcus à Dietrichſtein, Principalem dignitatem ab Imperatore impetrabat: mit der Begnadigung, daß ihm frey ſtehen ſolle, einen ſeiner Vettern zu adoptiren, und den Reichs-Fürſten-Stand zuzuwenden. Et reapſe poſtea Maximilianum, ſuum, ex fratre Sigismundo, nepotem, bonorum ſuorum,

suorum, ac dignitatis Principalis, heredem nominavit, id quod Imperator 1631. confirmavit.

Comites à Kœnigseck 1675. ab Imperatore similem impetrarunt facultatem: Wir haben Leopold Wilhelmen, Grafen zu Königseck, Freyheit gegeben, im Fall ihn der allmächtige GOtt, über kurtz oder lang, ohne Hinterlassung ehelicher Leibes-Erben von dieser Welt abfodern solte, obgleich Töchter vorhanden wären, einen jeglichen aus dem Geschlecht derer von Königseck, oder einen andern, wen sie dazu qualificirt finden, per ultimam voluntatem, seu inter vivos, quocunque modo zu adoptiren, zum Erben einzusetzen, auch demselben solchen Grafen-Titel zu verschaffen . . . . jedoch solchen Uns und Unsern Nachkommen am Reich vorher nahmhafft zu machen.

§. 190.

Unioni prolium, præcise competentem judicem, autoritatem interponere debere, ob peragendam causæ cognitionem vult *Heinec.* ad Inst. L. 1. §. 188.

§. 211.

Patribus jus vitæ & necis ademtum.

Vid. L. 4. C. de patr. pot. & *Heinec.* Antiq. Rom. L. 1. T. 9. §. 8.

§. 223.

De filio exhibendo.

Talis actionis exemplum habemus in Fridrico Christiano, Comite de Schaumburg-Lippe-Bückeburg, qui 1702. coram judicio Imperiali Aulico conquestus est, quod conjux Johanna, ex gente Hohenloica, sibi, cum pretiosis, abduxerit filium triennem, supplicans pro mandato pœnali S. C. de exhibendo filium, & restituendo pretiosa. Re, per Commissarios Cæsareos, Electores Brandenburgicum & Brunsvico-Hannoveranum perpensa, Imperator 1707. d. 5. Apr. decrevit: Ihro Kayserl. Maj. wären zwar nicht gemeynet, dem Grafen, so blosser Dings, in seiner Väterl. Gewalt, Ziel und Maaß zu setzen, hielten aber doch, denen der Sachen beywohnenden Umständen nach, verträglicher zu seyn, wenn derselbe in Conformität des von ihm ehedessen gethanen Erbietens, besagte Gräfl. Kinder an einem dritten Ort, und zwar zu Wolffenbüttel, auf den Fuß der Ehepacten erziehen, und stands-gemäß versorgen liesse.

§. 223.

Exemplum matris, ad filium exhibendum, agentis,
præbet ſequens Concluſum Conſilii Imperialis Aulici:

Lunæ d. 28. Jun. 1728.

Von Auffäß, Johanna Gottliebin, gebohrne Freyin von B. contra den Major, Chriſtian Ernſt von Auffäß, in puncto eines Kinder-Raubes, ſive Implorantiſcher Anwald Jo. Nicol. Vogel, ſub præſ. 14. hujus exhibendo allerunterthänigſte höchſtſchmertzliche Anzeige eines in via publica, coadunatis hominibus, concurrentibus multis violentiis, & commiſſis atrociſſimis injuriis, vollzogenen Kinder-Raubes, ſupplicat humillime pro clementiſſime decernendo mandato pœnali, de reexhibendo matri & tutrici vi raptum filium, ut & de ſatisfaciendo pro illatis injuriis, reparando, nec ullo modo offendendo, aut impediendo, tutelam conſtitutam, ſed abſtinendo ab omnibus attentatis S. C. annexa citatione ſolita, ut & ad videndum ſe incidiſſe & declarari in pœnam fractæ pacis publicæ, & privilegio equeſtri inſertam, cum excitatione fiſcalis Cæſarei. Appon. num. 1. usque 13. in duplo.

Fiat mandatum de reexhibendo filium, vi raptum matri, ſatisfaciendo pro illatis injuriis, & reparando, nec ullo modo offendendo, & deſuper idonee cavendo S. C. cum term. 2. menſ. & pœna 20. marcar. auri.

§. 226.

Caſtrare liberos,

num integrum ſit parentibus? quæſtio eſt, quæ pendet ab alia præjudiciali: num hominum caſtratio in genere ſit licita? Quam quidem negandam puto, quia impingit in humanitatis leges, & æqualitatem, omnibus hominibus competentem. Andream, Cardinalem ab Auſtria, quatuor filios Muſicæ deſtinaſſe, & caſtrari curaſſe, obſervavimus ad Tom. II. §. 378.

§. 236.

Apanagia debentur poſtgenitis, licet aliunde habeant, de quo vivant.

Domus Lippiaca Bückeburgenſis Apanagium Lippiacum percipit, etiam poſt acquiſitas ditiones Schaumburgicas.

§. 239.

§. 239.

De Agnete Bernaueria.

Adlzreiter. Annal. Boj. P. 2. L. 7. §. 80. ad an. 1436. p. 164. ita scribit: Ernestus, Bojoariæ Dux, exemplum edidit posteritati memorandum. Albertus: ejus filius, mulierculam Agnetem, Bernauerin nomine, deperibat, patre Chirurgo Augustano, sola forma commendabilem. Passim jactabatur, ignobili mulieri consvescere, & eam ad thronum destinare. Re ipsa jam illi arcem donaverat. Non dissimulaverat pater iras, ne tam fœdo, ignobilique consortio, animum, genusque suum, inquinaret. Anno 1434. Ratisbonæ, cum ludi equestres haberentur, verbis castigavit & verberibus. Frustra. Eo processerat mulierecula, ut se Ducis conjugem profiteretur. Pater jubet Straubingæ conjici in vincula. Illa protervius ausa respondere, aquis addicitur, & de ponte præcipitatur in Danubium. Id ubi rescivit Albertus, versus in furorem. Post ad mentem reversus, juravit, se necem Agnetis vindicaturum. Tandem impetravit, ut expiandis amasiæ manibus sacellum, in quo ipsa sepulta est, Straubingæ extrueretur, addito perpetuo sacerdotio. Visa Ernesti patris animadversio durior. Sed quidni suæ familiæ causam vindicaret. Si omnes id Principes fecissent, non irrepsissent in optimas familias, tot labes, & spuria vitulamina. Nuptiæ, cum injuria familiæ, contractæ, cum toto cœlo imperi. Hæc in gratiam *Trithemii*. Grave est exemplum Chlotarii, apud *Æmilium* & *Gaguinum*, qui filii contumaciam igne est ultus. Et severitas laudanda Hermanni Ciliæ, in Carinthia Comitis, qui teste *Sylvio*, Veronicam, filii pellicem, in profluentem abjecit. Ernesto hanc debet gratiam domus Bojica, quod nobilissimum genus, nullo contaminatum, sequioris affinitatis, aliove natalium, nævo, ducat serie, non vetusta magis, quam incorrupta.

§. 247.

Usufructus in bonis liberorum.

Apud priscos Germanos, usumfructum in bonis liberorum, non modo patri, sed eo deficiente, ipsi etiam matri, competiisse, colligunt nonnulli ex Land-Recht, L. 1. art. 11. & 13. Conf. dicenda §. 297. At per decisionem Electoralem Saxonicam 62. matri ususfructus negatur.

§. 249.

Principibus Imperii competit ususfructus, in bonis liberorum maternis.

Pactis dotalibus Friderici Wilhelmi Magni, Electoris Brandenburgici, cum

secunda conjuge Dorothea, Holsata-Glücksburgensi, initis, cavetur: Da es GOtt gefiele, Uns Dorothea, die Churfürstin, gebohrne Hertzogin von Hollstein, vor Unsers Herrn und Gemahls Lbd. und zwar, daß Wir mit Deroselben erzeugte Kinder hinterliessen, nach seinem unerforschl. Rath und Willen abzufodern: auf solchen Fall bleibt alles und jedes, was Wir verlassen möchten, nichts überall davon ausgeschlossen, Unsern Kindern; der Gebrauch, oder ususfructus aber, all solch Unserer Verlassenschafft, so lang die Kinder nicht ihr eigen Wesen haben, Unsers Herrn und Gemahls Lbd. als der ohne des, nach Anweisung derer Rechte, solcher ususfructus gebühret.

§. 263.

Illegitimi Principum, inter equites Johanniticos

admittuntur, extra Germaniam, vi statutorum Ordinis Johannitici, ap. *Lünig*, part. 16. des Reichs-Archivs, p. 400. In Germania vero, hic ordo naturales non admittit, ceu observat *Osterhausen* von Vortreflichkeit des Malteser-Ordens, tit. 2. p. 34.

§. 268.

Illegitimi, an regnorum capaces?

Quod apud Francos, sub Merovingicis, illegitimi successionis, ipsiusque regni, capaces dicuntur, inde oriri existimo, quod inæquales Regum uxores, pro concubinis vulgo habeantur. Certe Caroli M. liberi naturales, nullam, hereditatis paternæ partem, ceperunt.

§. 269.

De illegitimorum successione in sextantem.

Mortuo Joanne Nicolao, Comite à Cronberg, ultimo suæ gentis, liberi ejus naturales petierunt sextantem: & judicium Imperii Aulicum alimenta decrevit, per conclusum, quod exhibuimus Tom. V. §. 740.

§. 275.

Tollitur patria potestas banno.

Cum Joannes Fridericus II. Saxoniæ Dux, in bannum & captivitatem incideret, liberis ipsius ab Imperatore, vi R. I. 1570. tutores constituti, quod ipsum indicio esse potest, sublatam fuisse per bannum, patriam potestatem.

§. 293.

Emancipationes Neowedana Hohenems. & Cassellana.

Fridericus, Comes in Neu-Wied, ao. 1693. æt. 75. filium suum juniorem, novem annorum, Fridericum Wilhelmum, cui successionem in Comitatum destinabat, emancipavit, eique tutorem dedit Comitem Lippiacum, quæ omnia à Camera Imperiali d. 4. Oct. confirmabantur. De actu emancipationis non constat, nisi ex solis narratis tutorum, in documento Camerali |74| in copia domino Comite producto, ac etiam inserto recessui abdicationis 1658. Vid. *Ludolf.* Symphor. Consult. Vol. 1. p. 89.

Recessus inter Jacobum Hannibalem, Comitem ab Hohenems, ejusque filium Franciscum Rudolfum, initus, ita fert: Refutirt, cedirt, und überläst Herr Graf Jacob Hannibal, von und zu Hohenems, die ihm durch Absterben des letztern Besitzers, Graf Frantz Carls, angefallene Grafschafft Hohenems, mit allen und jeden Zugehörungen, wie er selbe von solcher Zeit an, vermittelst der angeordneten Kayserl. Administration, genutzet, oder nutzen mögen, seinem vorlängst re ipsa & facto emancipirten und e patria potestate dimittirten Herrn Sohne, Herrn Frantz Rudolf, Grafen von Hohenems.

Anno 1755. cum Fridericus, Princeps hereditarius Hasso-Cassellanus, post transitum ad ecclesiam Romanam, abdicaret jus succedendi, & tribus ipsius filiis minorennibus, homagium, in Comitatu Hanoico esset præstandum, avus Guilielmus Cassellanus, hos tres nepotes, per peculiares emancipationis tabulas, de potestate avita liberavit, iisque dictum Comitatum, cum constituto possessorio, ita cessit, ut regimine sibi, ad vitæ dies reservato, se nomine nepotis maximi natu illud administraturum, declararet.

§. 306.

Emancipatio tacita particularis.

Pertinet huc petitio curatoris ad negotium primogenituræ, quale exemplum occurrit Tom. V. §. 188. In genere, quoties in negotio inter parentem, & liberos minorennes, celebrando, utriusque partis interesse collidere videtur, necessaria est curatoris constitutio, ne sub specie autoritatis paternæ, liberorum jus lædatur. Quemadmodum vero omne hoc negotium, particularem quendam actum concernit, ita facile apparet, in reliquis passibus, talem curatoris constitutionem, patriæ potestati impedimento haud esse. Oeconomia separata, tacitam emancipationem involvit. Non vero sufficit, si filius propriis sumtibus peregri-

regrinatur, aut aliis suam operam locat. Tum enim non protinus pro emancipato habendus. Conf. *Stryck.* Us. mod. Pand. de Adoptionib. §. 19. Exemplum emancipationis, à judice *ex officio* & præsumta patris voluntate, peractæ, occurrit §. 572.

§. 325.

Defensio contra parentes.

Plato de Legibus L. 9. putat, filio, ne pro defensione quidem sua, si se à parentibus interfectum iri videat, lege ulla concedi posse, ut parentes, à quibus in lucem editus sit, interimat.

§. 333.

Rex post abdicationem potest esse filii subditus.

Nec tamen talem subjectionem protinus exsculperem, & modesto quodam abdicantis dicto, aut facto, e. c. quod Ptolomæus, Ægypti Rex, inter filii satellites officium fecit: item, quod Victor Amadeus, Sardiniæ Rex, post factam abdicationem, cives Camberienses ita legitur allocutus: Venio, ut vester fiam concivis &c. Clarius de facta subjectione constare debet.

§. 341.

Curatorum origo.

Tutori *autoritas*, curatori *consilium* tribuitur. Marcum Aurelium Antoninum Philosophum, primum sanxisse, ut omnes adulti curatores acciperent, autor est *Julius Capitolinus*, in Vita Marci, c. XI. cum antea nonnisi propter lasciviam, vel prodigalitatem, vel dementiam minoribus 25. annis, darentur curatores, ex Lege Lætoria, lata anno urbis conditæ 497. Conf. *Heinec.* Antiq. Rom. L. 1. Tom. 23. §. 6. sqq.

§. 341.

Minorenni invito curator non datur.

Non quidem auditur minor, sub tutela vel testamentaria, vel legitima, constitutus, si ipse vult regimen capessere. Maximilianus Henricus, Comes in Wied-Runckel, liberorum tutricem reliquerat viduam, Sophiam Florentinam Lippiacam, una cum Landgravio Darmstadino. Filius, natu maximus, anno 1727. citra impetratam veniam ætatis, matrem regimine privabat. Darmstadinus rem ad Imperatorem deferens, impetravit d. 19. Sept. rescriptum dehortatorium,

torium, sub pœna 20. marcarum auri, sich aller von selbst, eigenmächtig angemaßter Landes-Regierung, gäntzlich zu entschlagen. Consiliarii ac subditi per patentes, matri, tanquam administratrici, obedire jubebantur: Darmstadinus autem, in rem penitius inquirere, & desuper cum voto ad Imperatorem referre.

Sed nec auditur minor, pubertatem egressus, ubi tutor forte moritur, si plane nullum vult admittere curatorem. Exemplum Hohenloicum vid. §. 561. Nec tamen ipsi obtruditur ingratus, sed optio regulariter relinquitur, si NB. de solo curatore dativo est quæstio, aut alias idonea subest ratio, excludens tutorem testamentarium, vel legitimum. Catharina Juliana Solmensis, cum ad secundas nuptias transiisset, filio, *nonnisi petenti*, turix, aut si mavis curatrix, constituta, vid. §. 413.

Memorabile etiam est curatorium, à Camera Imperiali datum, d. 12. Nov. 1652. über Ernst, Grafen zu Sayn-Witgenstein, Herrn zu Homburg, mit abgelebter, seiner erstmaligen Hauß-Frau, Elisabeth, gebohrner Gräfin zu Sayn-Witgenstein; wie auch ingleichen seiner hinterbliebenen Wittib, Christianen, gebohrner Gräfin zu Waldeck, aus jeder Ehe 4. Kinder, benanntlich Georg Ludwig, Wilhelm Fridrich, Catharina Elisabeth und Anna Amalia: Dann Philipp Ernst, Christian, Carl Otto, und Christianen Elisabeth, erzeugte, und nach sich im Leben gelassener Kinder, deren aller Vormundschafft Johann, Graf zu Sayn-Witgenstein, und Johann, Graf zu Waldeck, als utriusque matrimonii, ab utroque latere proximi agnati & cognati, auf sämtlicher *Papillen requisition*, wegen ihrer nahen Gesippschafft, neben obgedachter Wittib, so viel Dero Kinder betrifft, zu übernehmen, gutwillig consentiret, und eingegangen.

§. 342.

Tutorum & curatorum discrimen, gentibus incognitum.

Plerisque gentibus ignoratur discrimen, inter tutorem & curatorem. Nullum ejus inter Græcos vestigium, adeo ut *Theophilus*, Græcus Institutionum paraphrastes, coactus fuerit retinere Latinum: Κυρατώρων nomen, deficiente, quod rem exprimat, Græco vocabulo. Nec Germanis suppetit nomen, quo curatorem, à tutore diversum, efferant, sed utrumque per vocem: Vormund indicant.

§. 342.

In patria poteſtate conſtitutus, poteſt habere curatorem, ad certum negotium.

Frequenter accidere videmus, ut liberis, in patria poteſtate conſtitutis, ratione bonorum maternorum, dentur curatores, ſi e. c. pater ad ſecunda vota tranſit, vel alias liberorum intereſſe, cum illo parentis, collidit, vid. §. 306. e. c. in conſtitutione juris primogenituræ. Banniti, cum patria poteſtate excidant, ipſorum liberis conſtituuntur tutores. Sic liberis Joannis Friderici, Saxonis, captivi & banniti, tutores dati Elector Saxo & Palatinus, nec non Georgius Fridericus, Brandenburgicus.

§. 348.

Antiquitas tutelæ teſtamentariæ.

Jam dum Ancus Martius, Romanorum Rex, filiis tutorem dedit L. Tarquinium Priſcum, apud *Liv.* L. 1. c. 46.

§. 352.

Tutela teſtamentaria eſt à lege civili.

Ad quam & reſpicit Paulus, Gal. IV. 2. dum filium tutelæ ſubeſſe, ait, ad illud tempus, quoad pater definiverit. Scilicet jam lege XII. Tabb. continebatur: paterfamilias, uti legaſit, ſuper pecuniæ, *tutelæve*, ſuæ rei, ita jus eſto. Sed quousque durare deberet talis tutela? non conveniebat inter JCtos. *Proculejani*, adoleſcentum pubertatem 14. annis, puellarum viripotentiam, 12. annis æſtimabant. *Caſſii Longini* ſectatores, non annis, ſed habitu corporis, pubertatem æſtimabant. *Priſcus Javolenus*, utrumque requirebat, & corporis habitum, & annorum numerum. In tanta incertitudine, parentes ſolebant definire annum, quo liberi puberes haberi deberent, modo decimum quartum, L. 49. de leg. 1. modo decimum ſextum, L. 34. § 2. de leg. 3. modo decimum octavum, L. 101. §. 3. Dig. de condit. & demonſtr. Atque hoc illud eſt, quod vult Apoſtolus, liberos tntelæ ſubeſſe ad illud usque tempus, quod pater definiverit. Conf. *Heinec.* Antiq. Rom. L. 1. T. 22. §. 4.

§. 352.

In poteſtatem recaſuris, tutor non datur.

Præjudicium vide apud *Stryck.* Uſ. Mod. Pand. L. 26. T. 1. §. 4. ubi teſtamen-

ſtamentum, quo teſtator, ex filia nepotibus, tutores ſcripſerat, excluſo genero, quoad hunc paſſum, irritum pronuntiatur.

§. 355.

Tutela Danica.

Cum Dani 1660. ſucceſſionem Regiam, ad fœminas porrectam, ſtabilirent, ſanxerunt ſimul, Regis arbitrio eſſe relinquendum, qua ratione tutelam minorennium, determinare voluerit. Vid. *Thuan.* L. 120. ad an. 1598.

§. 356.

Exempla, tutelæ teſtamentariæ,

antiqua, ex ipſo Sec. XI. adducit *Hert.* de ſpecialibus Germaniæ Rebuspublicis, Sect. 2. §. 17.

§. 362.

Tutela Saxonica.

In Saxonia, Chriſtianus I. Elector, Fridrico Wilhelmo, Duci Altenburgenſi, ſeniori ex agnatis, adjunxit Joannem Georgium, Electorem Brandenburgicum, teſtamento de 1591. d. 30. Aug. cujus verba ita ſonant: Wenn auch GOtt, nach ſeinem Willen, über Uns gebiethen, und Uns von dieſer Welt abfordern wird, ſo wollen Wir, daß Unſre vielgeliebte Gemahlin, bey Unſern geliebten Kindern bleiben, und ſie auferziehen helffen ſoll. So viel aber Ihr Lbd. und Unſerer Kinder Vormundſchafft betrifft, ſo wollen Wir, daß der Hochgebohrne Fürſt, Unſer freundlich lieber Vetter, Bruder und Gevatter, Herr Fridrich Wilhelm, Hertzog zu Sachſen, als deſſen Lbd. es vermöge güldener Bulle, und ſonſt gebühret, neben dem auch Hochgebohrnen Fürſten, Herrn Johann Georg, Marggraffen zu Brandenburg, des H. R. R. Ertz-Cämmerer und Chur-Fürſten, dieſelbe verwalten, und ſoll des Chur-Fürſt zu Brandenburg Lbd. auch Unſrer geliebten Gemahlin Vormund ſeyn. Doch ſollen Ihr. Lbden, ſonderlich in Religions-Sachen, nichts wieder Unſre Verordnung vornehmen. Stylus ita concipiebatur: V. G. G. Wir Fridrich Wilhelm, Hertzog zu Sachſen, Adminiſtrator der Chur-Sachſen und Vormund, bekennen vor Uns, und den Hochgebohrnen Fürſten, Herrn Johann Georg, Marggraffen zu Brandenburg, Unſern freündlich lieben Oheim, Schwagern und Herrn Vettern, in geſamter Vormundſchafft weyl. Herrn Chriſtiani, Hertzogen und Churfürſten zu Sachſen ꝛc. Chriſtlöbl. Gedächtniß, nachgelaſſe-

nen

nen jungen Herrschafft. Obſervat *Stryck.* in Uſ. Mod. Pand. L. 26. T. 4. §. 26. in Comitiis Ratisbonenſibus 1594. in Collegio Electorali, Fridericum Wilhelmum ſolum ſubſcripſiſſe: poſtea inter Principes, ratione Comitatus Hennebergici, ſubſcriptionem ita conceptam: Fridrich Wilhelm, Hertzog zu Sachſen, und der Chur-Sachſen Adminiſtrator, vor ſich, und von wegen Jo. Georg. Marggraffen und Chur-Fürſten zu Brandenburg, in Vormundſchafft Chriſtian, Johann Georg, Auguſten, Gebrüdere, Hertzoge zu Sachſen. Econtra in Receſſu 1598. Fridricus Wilhelmus, ut tutor, ſolus ſubſcripſit, quia Joannes Georgius, Brandenburgicus, jam deceſſerat. In Receſſu 1594. in claſſe Electorum, adminiſtrator non ſubſcripſit, als Vormund: ſed Vormundſchafft, ad indigitandum, ſe non ſolum eſſe Electoratus adminiſtratorem, defuncto autem Brandenburgico; in R. I. 1598. ſimpliciter ſcripſit: Vormund.

§. 363.

Contutor teſtamentarius legitimi Electoralis.

Quem Chriſtianus I. Saxoniæ Elector, tutori legitimo, adjunxerat curatorem, ille lubenter admiſit. At cum Ludovicus VI. Palatinus Elector, quoad territoria & negotia, Electoratum non tangentia, contutorem adjunxerit legitimo, hic illum renuebat.

Filiarum, & ulterigenitorum filiorum, tutela, matri non facile negabitur.

§. 363.

In cauſa religionis, tutor teſtamentarius, præfertur legitimo.

In ſolo fere caſu, quo metuendum, ne pupillus ab agnato, in alia religione educetur, pater teſtator de tutela, extraneo per teſtamentum deferenda, cogitabit, vid. §. 354. & tunc omnino parentis voluntas, prævalebit, præ illa agnati, quia ſi in ullo, certe in religionis negotio, libera cuique voluntas relinquenda, infantes autem, qui voluntatem declarare nequeunt, idem velle præſumuntur, quod volunt parentes. Conf. Tom. VI. §. 105. Nec quoad Electores, hoc in paſſu, obſtat diſpoſitio Aureæ Bullæ, quia eo tempore, quo illa eſt condita, una tantum in imperio erat religio, nec caſus, qui ob religionum diverſitatem, hodie emergere poſſunt, tunc prævideri, aut præcaveri, potuerunt, ut proinde ad hunc caſum, Aureæ Bullæ diſpoſitio, vix trahi queat. Conf. *Stryck.* Uſ. Mod. Pand. L. 26. T. 2. §. 9.

§. 366.

An fratri, aut alii agnato, tutor ſcribi poſſit?

Vide dicta de domo Würtenbergica, §. 534. ubi adducitur exemplum Eberhardi I. agnato tutorem deſignantis. Sed notandum, patrem minorennis, imbecillitate mentis laboraſſe, ac una cum filio, ab Eberhardo fuiſſe detentum. Georgius, Comes Würtenbergicus, filio tutorem teſtamento ſcripſerat, agnatum Chriſtophorum, qui teſtamento pariter tutelam ordinabat, NB. quoniam decerat agnatus.

Anno 1741. Carolus Philippus, Elector Palatinus, agnato, ac heredi ſuo, Principi Solisbacenſi, Bavariæ Electorem, teſtamento tutorem ſcripſit. At Princeps Solisbacenſis, majorennem jam attigerat ætatem, cum deceſſeret Elector.

§. 368.

Exheredatis, num tutor teſtamento dari queat;

Hodie quæſtio eſt otioſa. Summi enim Principes, qui Romano jure non tenentur, tutorem, citra bonorum relictorum reſpectum, conſtituere nequeunt, per dicta §. 352. Si vero de iis eſt quæſtio, qui Romano jure vivunt, tunc exheredandi facultas, Novellarum jure, ad certas, ac tales cauſas, eſt reſtricta, quæ in pupillos cadere nequeunt. At ſi caſus exheredandi pupilli, non eſt dabilis, fruſtra quæritur, an exheredato tutor queat conſtitui? Adde dicenda Tom. V. §. 598.

§. 372.

Tutor honorarius,

tenetur in Imperio noſtro pariter ad præſtandum ſolennia, ceu 27. Jun. 1726. concluſum in Camera, occaſione tutelæ Leiningo-Weſterburgenſis. Idem obſervatum in judicio Aulico, in tutela Schwarzenbergenſi, Bentheimenſi, Tecklenburgenſi, &c.

§. 372.

Vormundſchaffts-Räthe.

Sapienter Chriſtianus I. Saxoniæ Elector, teſtamento cavit, ne tutores in negotiis, regimen concernentibus, alios, præter ſuos, adhibeant Conſiliarios.

§. 373.

De Gemmingia gente

quæ diximus, firmantur eo, quod Uriel à Gemmingen, Antiſtes Moguntinus, inauguratus anno 1509.

§. 375.

Tutor peregrinus.

Ezardus Ferdinandus, Oſtfriſiæ Comes, 1667. teſtamento viduam tutricem nominavit, tutores honorarios vero, Ordines fœderati Belgii, his verbis: Ernennen und conſtituiren hierauf ferner Unſerer Hochgedachten Frau Gemahlin Lbden, zur Vormünderin Unſerer eingeſetzten Erben, erſuchen dabeneben Jhro Hochmögenden, die Herrn General-Staaten der vereinigten Niederlande, daß dieſelbe geruhen wolten, und zwar gegen Erlaſſung der ſonſt gewöhnl. Vormundſchaffts-Pflichten, und decreti judicialis, ſolche Vormundſchafft, nebſt der execution dieſes Unſers letzten Willens, über und auf ſich zu nehmen. Quam ægre autem Imperator ferat, quoties exteri ſe rebus Imperii immiſcent, vel inde apparet, quod cum 1738. Emdanorum gravamina, contra Oſtfriſiæ Principem, coram Commiſſione Imperiali eſſent componenda, & Belgii fœderati Ordines, deputatos eo ablegare vellent, iidem haud fuerint admiſſi. Spectant huc ſequentia concluſa judicii Imperialis Aulici:

Lunæ d. 9. Dec. 1737.

Oſt-Frießland contra Oſt-Frießland, ad amicabilem compoſitionem, ſive Fürſtl. Oſt-Frießiſcher Extraordinair-Abgeſante, Freyherr von Gersdorff, ſub præſ. 25. Nov. nup. ad Protocollum de 2. curr. übergiebt allerunterthänigſtes abermaliges Memoriale um Obriſt-Richterl. Hintertreibung, der von denen Herrn General-Staaten reſolvirten Abſchickung einer Deputation, zu der Kayſerlichen Commiſſion, ad tentandam amicabilem compoſitionem, appon. Lit. A. usque H. incluſ.

Ponatur ad acta & expectetur reſolutio Cæſarea, ad humillimum Votum Conſilii Imperii Aulici.

Martis d. 29. Apr. 1738.

Oſt-Frießland contra Oſt-Frießland, Commiſſionis, Publicatur Reſolutio Cæſarea:

6. Reſcri-

6. Rescribatur cum inclusione dieses Gutachtens dem Kayserl. Abgesanten im Haag Graf von Uhlefeld: Ihr. Kayserl. Maj. hätten aus derer Herrn General-Staaten, unter d. 24. Jan. an. cur. gefaßten, und von ihm allerunterthänigst eingeschickten Resolution, ersehen, daß dieselbe zu der nach Ost-Frießland, unter d. 12. Oct. an. præt. erkannten Kayserl. Commission, eine besondre Deputation abzuschicken Willens: Nachdem aber dieses Commissions-Geschäfft, ledigl. die gütliche Beylegung derer Landes-Differentien daselbst, folglich eine causam Imperii, mere domesticam, betreffe, welche von der Natur zu seyn, längst anerkannt worden, daß durch einen ordentl. Reichs-Schluß und legem Imperii de ao. 1603. denen Herrn General-Staaten von dem Kayser, und dem gantzen Reich, schon öffentl. improbiret worden, daß sie die Hände in diese Ost-Friesische Strittigkeiten haben schlagen wollen, und es daher in Kayserl. Maj. Mächten, wenn sie auch gleich wollten, nicht stünde, eine solche Deputation zu verstatten: Als habe er, Graf Uhlefeld, dieses, ermelten Herrn General-Staaten, behörig vorzustellen, und seine Officia dahin anzuwenden, damit die intendirte Deputation unterbleiben, und die Emder, samt ihren adhærenten, wenn sie dieserwegen etwas bey ihnen angebracht, oder noch anbringen solten, von dar ab, und schlechter Dings an die Kayserl. Commission, remittiret werden mögen.

§. 377.

Fœmina (præter matrem & aviam) tutrix scripta, accedente superioris dispensatione, admittitur.

Franciscus Maria, Mirandulæ Dux, natus 30. Sept. 1688. tutricem habuit amitam, Magnam Brigittam, adjuncto tamen contutore, cum agnati impedirentur.

§. 379.

Incertus, an tutor dari possit?

Respicitur hic ad codicillum Caroli Alexandri, Ducis Würtenbergici, de 12. Jun. 1736. quo contutorem nominarat Episcopum Bambergensem & Herbipolitanum, addens: Wir wollen auch, auf den unverhoffren Fall, Dero frühzeitigen Ablebens, Sr. Lbd. Nachfahrern an dem Hoch-Stifft Würtzburg, hiemit

hiemit in solcher Vormundschafft substituiren, der willfährigen Uebernehmung, Uns gäntzl. getröstend.

§. 384.

Tutela pactitia.

Addi posset exemplum, quod occurrit apud *Gregor. Turonens.* L. 5. c. 16. Maclianus quondam & Bodiccus, Britannorum Comites, sacramentum inter se dederant, ut qui ex iis superviveret, filios partis alterius, tanquam proprios, defensaret. Ubi quæritur: num ita paciscentes, ante obitum, hanc suam, circa tutelam, voluntatem, mutare potuerint? Sane, ea est mandati indoles, ut mandans pro lubitu illud revocare queat, cum mandatarii plane non interfit. Hoc autem posito, negotium ad testamentariam tutelam pertinere, manifestum. Recentius est exemplum Conradi Schenck de Limburg, qui vivus, liberorum suorum tutelam commendaverat Wilhelmo ab Hohen Rechberg, quod post Conradi obitum, confirmavit Carolus IV. Imperator.

§. 390.

Poterat jure Romano pacto tutela constitui.

Vid. L. 1. §. 1. Dig. de confirm. tut. utut jure Romano tale pactum, tanquam nudum, actionem non pepererit, sed exceptionem saltem, contra eum, qui se, post talem promissionem, excusare voluerit.

§. 392.

Tutela pactitia, haud excludit maternam.

Pactum inter agnatos Principes Imperii, de mutua liberorum tutela, initum, ac testamento deinceps repetitum, non obstare matri, aut aviæ, quo minus illa contutrix ab Imperatore constituatur, docet & exemplo Comitissæ de R. in judicio Imperii Aulico 1724. contra tutores, pacto, ac testamento constitutos, obtinentis, illustrat *Berger.* Oeconom. Jur. L. 1. T. 4. §. 10. Not. 1.

§. 397.

Tutela materna cedit testamentariæ.

Henricus II. Comes Reuss, in Obergraiz, liberorum suorum tutores, testamento scripserat, Henricum XXIV. Comitem in Kösteritz & Comitem ab Henckel, in Pölzig. Pupillorum mater, ad secunda vota transierat, ac licet amita materna, Comitissa de Bothmar, tutelam prætenderet, ea tamen ipsi negata, per conclusum judicii Imperialis Aulici, de 22. Sept. 1732.

§. 401.

§. 401.

Materna Regum tutela.

In *Lusitania*, anno 1675. consensu Ordinum Imperii, lex lata, ut tutela Regis impuberis, ad matrem omnino pertinere debeat.

In *Scotia* equidem, mortuo Jacobo II. vidua Maria Egmondana, Jacobi III. pueri octo annorum, tutelam suscipere volebat, quæ tamen, spreta matre, sex Proceribus demandata.

In *Norwagia*, Hacqvini Regis vidua, tutelam filii Olai VI. gessit.

Dania, cum Ericus VII. puer esset, consiliis Agnetis Brandenburgicæ & Procerum administrata.

§. 403.

Materna Electorum tutela.

Jam Sec. XIII. Albertum II. Electorem Saxoniæ, in matris Helenæ, Brunsvicensis, tutela fuisse, ex diplomate de 1269. ostendit *Ludewig.* in differentiis juris Romani & Germanici, in tutela materna, differ. 1. not. bb.

§. 405.

Materna Principum tutela.

Vidua Adolphi II. Comitis Holsatiæ, 1164. à Slavis occisi, Comiciam Holsatiæ, Stormariæ & Wagriæ administravit, cum filio, adhuc tenello, apud *Helmold.* Chr. Slavor. L. 1. c. 7.

§. 406.

De materna, Saxoniæ Ducum, tutela,

fusius mentem suam explicat *Stryck* in Us. Mod. Pand. L. 26. T. 4. §. 23. his verbis: Lubens fateor, rara esse admodum exempla inter Duces Saxoniæ, ubi mater tutelam administravit. Sed an inde regula, qua matres perpetuo, à tutela Principum, in Saxonia excludi debeant, formari possit, penitus dubito. Hucusque enim, ostendi nequit exemplum, quo mater Ducis Saxoniæ, in judicio contradictorio, à tutela esset repulsa, sed vel aliud, testamento patris defuncti, est cautum, vel etiam mater, sua sponte, ab onere administrationis, abstinuit, sola educatione liberorum, sibi reservata. Sane cum Johannes Wilhelmus, Vinariensis, 1572. decederet, & Joannes Fridericus II. in vinculis ab Imperatore detineretur, Augustus, Elector Saxoniæ, jure agnationis, tutelam relictorum filiorum Fridrici Wilhelmi & Joannis, sibi vindicavit. Sed cum inique se excludi existimaret vidua Dorothea

Suſanna, & inde auxilium à Cæſare imploraret, hic monuit Auguſtum Electorem, ut in partem curæ, etiam matrem filiorum impuberum, admitteret. Poſtquam vero Joannes, alter ex Joannis Wilhelmi filiis, Vinarienſis, atque Gothanæ lineæ conditor, 1605. decederet, vidua ejus, Dorothea Maria, Anhaltina, inter alios, ut ad tutelam admitteretur, petiit, ubi in aula Cæſarea, à ſummis Aſſeſſoribus, hac de re, graviter diſputatum, *Matthæo Wackero*, penitus negante, matrem, ad tutelam Principum, admittendam eſſe, ſive de jure civili, ſive Saxonico, quæratur: contrarium, ex adverſo, aſſerente, *Joanne Rudolpho Hagenmüllero*, matri, etiam de jure Saxonico, tutelam aſſerente. Videantur Vota Cameralia, ſupra Ducum Saxoniæ controverſia, de jure præcedentiæ, 1619. Francof. p. 9. & 64. Verúm prior ille, nec rationem, nec autoritatem, pro ſua, adducit, ſententia. Poſterior autem, quod jus Saxonicum nullibi, hanc tutelam, matri auferat, urſit. Res tamen indeciſa manſit, poſtquam Dorothea Maria, ſua ſponte, acquievit, relicta ſibi liberorum educatione, ex quibus actibus voluntariis, iterum jus, aut obſervantia, effectum juris habens, evinci nequit. Nec pacta domus Saxonicæ, hic reſiſtere credo, quæ, ſine dubio, haud ignota fuiſſent illis Principibus, qui maximam, jurium hujus domus, notitiam habuerunt, & tamen tutelæ maternæ, locum eſſe voluerunt. Sic Erneſtus Pius, Saxoniæ Dux, 1654. Gothæ teſtamento, filiis ſuis, tutricem dedit conjugem, Eliſabetham Sophiam, ex Altenburgenſi linea natam, quod certe nunquam feciſſet, ſi vi jurium domus Saxonicæ, tutrix eſſe non potuiſſet, licet tutela materna, eapropter ad effectum non ſit deducta, qnod DEUS O. M. huic Principi, illud pietatis præmium, ſcilicet longævam vitam, indulſerit, dum anno 1675. d. 26. Mart. immortalitate demum donatus, & interim plerique filiorum, in ſuam tutelam pervenirent. In linea Albertina, certum eſt, Albertum Animoſum, ſtipitem propaginis Electoralis, in ſuo teſtamento ordinaſſe, ut ille, qui ex filiis alteri ſupervixerit, relictorum, de ipſo, liberorum, tutor eſſe debeat, hac adjecta limitatione: *niſi defunctus aliter diſpoſuiſſet*, cui ante omnia ſtandum eſſe, ibi ſubjicitur. Quodſi ergo vi hujus teſtamenti, libera diſpoſitio de tutela, aſcendentibus ex linea Albertina, relicta erit, quid vetaret, quo minus matrem tutricem dare, aut ſaltem proximo agnato tutori, illam adjungere, potuiſſent: Sicut Chriſtianus I. Elector, teſtamento ſuo, etiam in ipſa adminiſtratione Electoratus, Joannem Georgium, Electorem Brandenburgicum, contutorem teſtamento dedit. Aliud exemplum in hac linea, occurrit in Duce Auguſto, Adminiſtratore, tunc temporis, Archiepiſcopatus Magdeburgici, qui, quantum ad filios ſecundi matrimonii, Fridricum & Mauritium,

tium, tutricem, teſtamento conſtituit conjugem, Joannam Walpurgim, Comitem de Leiningen, quæ etiam tutelam hanc, usque ad annum 1687. *ſola* adminiſtravit, qua mortua, hoc munus, frater natu maximus, in ſe recepit.

§. 406.

Tutela materna ſine contutore.

Cum 1735. Antonia Amalia, vidua Ferdinandi Alberti II. Ducis Brunſvico-Guelpherbitani, qua *tutrix naturalis*, Natürliche Vormünderin, peteret ab Imperatore confirmationem tutelæ & curatelæ *ſolitariæ*, filiorum poſtgenitorum & filiarum ſuarnm, primogenitus vero, regens Dux Carolus, declararet, ſe tutelam & curatelam fratrum, ac ſororum, matri ſolitarie reliquiſſe, ſequebatur d. 7. Oct. concluſum:

1. Admittatur die verwitwete Frau Hertzogin zu Wolfenbüttel, ad juramentum tutorium.
2. Wenn dieſer Eyd von ihrem Mandatario würcklich abgeſchworen iſt, ſo ſoll die confirmatio der, gedachter Frau Fürſtin alleinig und *ſolitarie* anvertrauten tutel und curatel, derer ſämtlich minderjährigen Printz- und Printzeſſinnen, præſtitis præſtandis, ausgefertiget werden.

§. 407.

Tutela materna Mecklenburgica.

In domo Mecklenburgica, Eliſabetha Albertina, Saxo-Hildburghuſana, fuit tutrix filii Adolphi Friderici IV. Ducis Mecklenburgico-Strelizenſis, pariter ac reliquorum liberorum, qua occaſione prodiit: In Rechten und Geſchichten gegründeter Erweiß, daß in dem Hertzogl. Mecklenburgiſchen Hauſe die teſtamentariſche, wie auch die mütterliche Vormundſchafften, den geſetzlichen vorgehen, und daß ſolchemnach der Durchlauchtig-verwitweten Frau Hertzogin von Mecklenburg-Mirow, Eliſabeth Albertina, gebohrner Hertzogin zu Sachſen, die Fürſtl. Vormund- und Regentſchafft, über Dero Fürſtl. Familie und geſamte Hertzogl. Strelitziſche Lande, nach Innhalt des, von höchſt Dero Herrn Gemahl, weyl. Herrn Hertzog Carl Ludwig Fridrichs, errichteten letzten Willen, ohnſtrittig zuſtehe, mithin dieſelbe von dem Herrn Hertzog zu Mecklenburg-Schwerin, weder nach allgemeinen, noch beſondern Rechten, vielweniger nach dem neuerlich, zum Nachtheil der Fürſtl. Stamms-Vettern, errichteten

richteten Vertrag vom 14. Nov. 1752. in poſſeſſorio oder petitorio, behauptet werden könne, Roſtock 1753. fol.

§. 406.

Würtenbergico-Oelsnenſis.

Caroli, Ducis Würtenbergico-Oelsnenſis Juliusbergenſis, tutelam, geſſit mater, Anna Sophia, Mecklenburgica, & quamvis patris fratres, Sylvius Fridericus & Chriſtianus Ulricus, in aula Cæſarea contutelam & adminiſtrationem prætenderent, ſenior tamen frater, ſaltem tutor honorarius, conſtitutus 1685. Sylvii Nimrodi, Ducis Würtenbergenſis, quatuor filiorum tutela, matri Eliſabethæ Mariæ, Münſterbergenſi, commiſſa, & contutores honorarii adjuncti Chriſtianus, Dux Lignicenſis & Auguſtus Comes Lignicenſis, 1694.

§. 407.

Vidua Würtenbergica, contutrix.

Obortis diſſidiis, inter contutricem, Mariam Auguſtam, Caroli Alexandri viduam, & Ducatus adminiſtratorem, Carolum Rudolphum, inter alia Imperator huic reſcripſit d. 17. Jun. 1737. Wir können nicht billigen, daß Dr. Lbden bey der Cavallerie-Wacht, vor der verwitweten Hertzogin Zimmer, eine gantz unnöthige Abänderung gemacht, und ſtatt eines Ober-Officiers, nur einen Unter-Officier, dahin geſtellet haben, als welches bloß hin zu Verunglimpfung der Hertzogl. Wittib Lbden, mithin zu mehrerer Uneinigkeit, Anlaß geben muß, welchemnach Wir Dr. Lbden hierdurch gnädigſt aufgeben, beſagter Hertzogin Lbden, wieder Ober-Officier zur Wacht zuzugeben, und durchaus künfftig in nichts Neuerung oder Aenderung zu machen . . . . . Auch übel geſchehen iſt, daß Dr. Lbden demjenigen Bedienten, welchen erſagter Wittib Lbden dem Erbprintzen, als Cammer-Laquaien zugeben wollen, bey Verluſt ſeiner Beſoldung ihm Dienſte zu thun verbothen . . . . . Und nachdem auch von der verwitweten Hertzogin Lbden angezeiget worden, daß Dr. Lbden einſeitig einen Landtag ausgeſchrieben, welches doch ſonſt allein einem regierenden Herrn gebühret, und in Zeiten einer Adminiſtration ſonſt niemahls geſchehen, dieſes Angeben aber zuvor, eine rechtliche Unterſuchung erfodert, auch ehe der punctus coadminiſtrationis erlediget, ohne Abbruch, der etwa, der verwitweten Hertzogin Lbden zukommender Rechten, nicht geſchehen kan: Als werden Dero Lbden biß dahin, der Sache Anſtand geben. Poſtea

ſub

ſub mediatione tutoris honorarii, Poloniarum Regis & Saxoniæ Electoris, per transactionem, hæc diſſidia compoſita.

§. 407.

Materna Reuſſiorum tutela.

Die Reußiſche Geſchlechts-Verein de a. 1668. diſponit: Es hat ſich aber die Wittib, oder auch eine avia, vor ſich, und ohne Vorwiſſen, guten Rath und Einwilligung, derer nächſtgeſipten Herrn, denen ſonſt die tutela legitima mit zukomt, keiner Regierung oder Vormundſchaffts-Verwaltung anzumaſſen; es wäre ihr denn ſolche von dem verſtorbenen Herrn, durch deſſen letzten Willen, aufgetragen . . . . . Und ſoll dieſer Unterſchied gehalten werden, daß wenn ein agnatus contutor iſt, derſelbe vor der Witwen, da es aber ein cognatus wäre, die Witwe vor ihm, den Vorzug oder Vorgang haben ſolle.

§. 413.

Mater tutrix poſt ſecundas nuptias.

Antiquo jure, mater tutrix, juratò ſecundis nuptiis renuntiare tenebatur, quas ſi nihilominus inibat, cenſebatur perjura, ac infamis. Nov. 22. c. 40. At per Nov. 94. c. 2. jusjurandum non præbetur, ſed ſimplex ſufficit renuntiatio, qua non obſtante, ſi iterum nubit, regulariter excidit tutela. Quare ad exceptionem, non ad regulam, pertinet, ſi matri, iterum nuptæ, tutela relinquitur.

§. 418.

Duae aviæ tutrices.

Si duæ adſunt aviæ, paterna & materna, utraque ſimul ad tutelam nepotum admittenda. Vid. *Petr. Müller.* de Gynæcocratia p. 30. Matrem adoptivam & novercam, ad legitimam tutelam adſpirare non poſſe, dubio caret.

§. 420.

Educationem pupilli

Charondas cognatis, bonorum curam agnatis, ſapienter commiſit.

§. 430.

Agnatus Clericus, tutor Electoris.

Leopoldi Imperatoris patruus & tutor, Leopoldus Wilhelmus, quidem erat Clericus. At legatus Bohemicus, ad electionem miſſus, non à tutore, ſed ipſo Leopoldo, mandatum & inſtructionem ſuam acceperat.

§. 432.

Proximior agnatus à tutela, ob minorennem ætatem, excluſus, admittendus, ſimul majorennis factus.

Stryck. in uſu moderno Pand. L. 26. tit. 4. §. 33. ponit regulam: quando legitima tutela, ob defectum ætatis, quis ſemel excluſus eſt, ab aliis, qui ſunt legitimæ ætatis, illa excluſio eſt perpetua. Sed hanc regulam, falſam omnino eſſe, patet ex dictis §. 519.

§. 432.

Poteſtne teſtator tutelam legitimam prorogare?

Memorat *Moſer* in ſeinem Teutſchen Staats-Recht, Tom. 17. p. 358. Comitem Palatino-Veldentinum, Rupertum, filio ſuo Georgio Joanni tutorem quidem ſcripſiſſe, fratris filium, Wolfgangum Bipontinum, hac tamen addita limitatione, ne adminiſtrationem, ante annum ætatis 28. adiret. Sed adiit Wolfgangus tutelam, mortuo teſtatore 1544. ætatis 18. Conf. dicenda §. 558.

§. 436.

Tutela inter agnatos, pro rata hereditatis diviſa.

Memorat *Stryck.* in Uſ. Mod. Pand. L. 26. tit. 4. §. 22. caſum, ubi duo fratres illuſtres, (Vinarienſis & Iſenacenſis) pactum inierant, ſuper hereditate agnati pupilli, (Saxo-Jenenſis) ita ut eodem mortuo, unus frater (Vinarienſis) tertiam, alter (Iſenacenſis) duas tertias, hereditatis partes, capere deberet. Poſtea, mortuo teſtamentario, pupilli tutore, ſuper ipſius tutela, lite ſuborta, quærebatur: num tutela ad fratrem ſeniorem, an ad utrumque pertineret? Conſulta deſuper Facultas Juridica, quæ eſt Francofurti ad Viadrum, reſpondit, anno 1686. utrumque ad tutelam, ita eſſe admittendum, ut unus, ſicut in ſucceſſione, ita & in adminiſtratione tutelæ, quoad onera & commoda, pro duabus tertiis, alter autem, pro tertia ſaltem parte, concurrat. Transactione 1688. lis ſopita, tutela Vinarienſi, tanquam ſeniori, relicta.

§. 443.

Angefälle quid?

Vocem: Angefälle, in genere denotare bona devolvenda, colligo ex Capitulatione Alberti Brandenburgici, Epiſcopi Magdeburgenſis, de 1514. ubi ita verba ſuunt: Item juramus, quod nos, nulla bona, ad nos veroſimiliter devolvenda, vulgariter:

gariter: Angefälle, si apud unam personam existant, non habentem filium, filios, fratres, seu patruos, qui cum eadem persona conjunctim infeudati sunt, & ad nos sic devolverentur & devolvi possent, se extendentia ultra triginta florenos Rhenenses, annui census & reditus, aut dicta bona tantum valerent in se, quod si emtioni exponerentur, quod ex pretio justæ emtionis, triginta floreni Rhenenses emi communiter possent, alicui in feudum dare, seu assignare, sed ea bona, pro reemtione bonorum, à mensa nostra venditorum, aut impignoratorum, & pro nostra mensa volumus, & debemus, servare.

§. 447.

Tutela Mansfeldica.

Cum Saxo tutelam Mansfeldicam, qua dominus directus, prætenderet, reponebatur ei: ipsum Saxonem, à domo Mansfeldica feuda tenere. Quid si hoc intuitu prætenderetur tutela Saxonis forsan minorennis? Quid si curia feudalis Bohemica & Bambergensis, tutelam prætenderet intuitu feudorum, quæ Saxo recognoscit à Bohemo & Bambergensi? Quod Saxones quandoque fœminis Mansfeldicis curatores constituerint, tunc saltem esse factum, ubi fœminis istis, in foro Saxonico erat agendum & quidem tempore belli tricennalis: quæ vero tunc acta, per Instrumentum pacis esse abolita.

§. 448.

Tutela Vasallorum.

Carolus IV. privilegio speciali de 1373. confirmavit Saxoni jus exercendæ tutelæ, Vasallorum suorum impuberum. Et Electorem hoc jure etiamnum uti, testatur Autor des Europäischen Herolds, Part. 1. p. 280.

§. 454.

Num in tutoris datione præventioni locus, inter Cameram & judicium Aulicum?

Quæstio mota in domo Lœwensteinensi, cum Fridericus Eberhardus, Comes, 1682. testamento liberorum suorum tutores nominasset, præter viduam, Fridericum Carolum, Administratorem Würtenbergicum, nec non agnatum quendam, cum Consiliariis certis. Würtenbergicus se excusabat, reliqui confirmationem petebant in Camera. Agnatus brevi post moriebatur, & in Camera, ob invasionem Gallicam, sequebatur justitium. Interea proximus agnatus, Eucharius Casimir, ab Imperatore veniam ætatis impetraverat, hancque eo declarari petierat, ut ad tutelam gerendam, censeretur habilis. Quod ipsi tamen negatum. Sed cum aula Cæ-

farea controverſiam, ſuper diviſione, in domo Wertheimenſi ortam, terminari optaret, Eucharius Caſimir autem exciperet, diviſionem, ſine nullitate, fieri non poſſe prius, quam pupillis tutores conſtituti, judicium Imperii Aulicum decrevit d. 19. Jul. 1691. Reſcribatur an Graf Euchari Caſimir, welchergeſtalt von Ihro Kayſ. Maj. er aus den angebrachten, und andern bewegenden Urſachen, ſalvo jure quorumcunque, ex impetrata venia, ſpecialiter, zum Vormund habilitiret, und neben dem daſigen Cantzley-Rath Sürſen, denen beeden (Graf Fridrich Eberhards und Georg Albrechts Kinder) bißherigen Vormundſchafften, ex ſuperabundanti adjungiret worden ſey: Demnach ſollen ſie beede, ſub termino unius menſis, allhier, bey Kayſerl. Reichs-Hof-Rath ohnfehlbar præſtanda præſtiren. At regerebat Eucharius Caſimir: unam dictarum tutelarum, de cujus membro quodam ſurrogando, in præſenti ſit quæſtio, in Camera eſſe confirmatam: alterius autem confirmationem, ibidem petitam, & varia decreta deſuper emanata 1688. & 1690. quam ob rem ſolennium præſtationem, ipſamque confirmationem, neceſſario in Camera fieri debere. Cum vidua Friderici Eberhardi 1691. decederet, Albertus Wolfgangus, Comes in Hohenloe-Langenburg, quem vidua teſtamento tutorem nominaverat, à judicio Imperii Aulico, contutor conſtitutus, conquerebatur in judicio Aulico, Eucharium Caſimirum Lœwenſteinenſem, recuſaſſe acceptationem rite inſinuati tutorii ſui, quippe quod ad paterna quoque extenſum deprehendatur, ſuper quibus diſponere Comitiſſa haud potuerit. Sequebatur concluſum judicii Imperialis Aulici d. 8. Aug. 1695. puncto tutelæ läſſet man es bey der ergangenen Verordnung, und dem vom Grafen von Hohenloe abgelegten Jurament, dagegen unſtatthafft geſuchter reſtitution in integrum ungehindert, bewenden, daß erſagter Graf von Hohenloe, wie in denen maternis durchgehends, alſo in denen paternis, das intereſſe des pupillens, bey bevorſtehender Commiſſion, diviſion, und peræquation, fleißig beobachten ſolle.

§. 456.

Saxoniæ Ducum tutela, confirmatione non eget.

Agnovit hoc Saxonum jus Senator Imperialis Aulicus *de Wackenfels*, apud *Klock*, in Relat. 118. p. 990. ubi illud non modo lineæ Electorali, ſed integræ domui, ex conſvetudine quadam, adſcribit.

§. 457.

Etiam teſtamentarius & legitimus tutor, eget tutorio.

Adeo neceſſaria eſt tutoris confirmatio, ut ad legitimationem tutoris teſta-

menta-

mentarii, vel legitimi, non ſufficiat produxiſſe teſtamentum, aut propinquitatis demonſtrationem, ſed præciſe opus ſit tutorii productione.

§. 457.

Etiam illuſtris tutor, utut per mandatarium, jurare tenetur.

Utrinque errant tum *Mevius*, toto Conſilio 88. quo tutores illuſtres à jurejurando immunes contendit: tum *Schrader*, de feudis, P. 2. Sect. 20. n. 242. ubi perhibet, illuſtres perſonas, hoc juramentum perſonaliter teneri præſtare, nec earum procuratorem admitti. Quodſi vero tutor illuſtris, in aula Cæſarea præſens, per procuratorem jurare mavult, requiritur, ut à Sacra Cæſarea Majeſtate, per decretum, deſuper diſpenſetur, illudque, judicio Imperii Aulico, inſinuetur.

§. 458.

Sub-Vaſallus Imperii, num ab Imperatore, an domino ſuo directo, tutorem accipere, debeat?

Quæſitum in domo Waldeck & Mansfeld, vid. §. 447. Ii, qui Imperatori, jus dandi Sub Vaſallo tutorem, vindicant, jurisdictionem univerſalem, & digniorem Imperatoris qualitatem, obtendunt. Ad controverſias vitandas, confirmare ſolet dominus directus, datum ab Imperatore tutorem: ſed non tenetur præciſe, eum agnoſcere, quoad ſubfeudum, etiamſi immediata ſit Sub-Vaſalli familia.

§. 462.

Ordines provinciales regulariter ſaltem in ſubſidium, deficiente tutore legitimo, dant tutorem.

Non permiſerunt patrui Meinhardi, Comitis Tirolenſis, ut in juventute gubernaretur à Baronibus & militibus. Conf. *Andr. Presbyter.* Chr. Bavar. ap. *Schilterum* p. 37.

§. 463.

Clericus tutor foro renuntiat.

Quodſi in Imperii tribunalibus Clericus, (imo crediderim quivis, qui hæc tribunalia, pro foro ordinario haud agnoſcit,) tutor eſt confirmandus, foro prius renuntiare tenetur. Cum 1653. Erneſtus, Marcæ Comes, liberis ſuis tutores nominaret Franciſcum Egonem, Comitem de Fürſtenberg, Philippum Valentinum,

lentinum, Comitem de Manderſcheid, una cum Abbate Steinfeldenſi, in exarato deſuper à Camera Imperiali tutorio de 1654. legitur: Darauf, und nach erlangtem zuläßigen Decret, ermelter Henning d. 12. Maj. jüngſt in öffentl. Audienz, zuvorderſt im Nahmen oberwehnten Abts des Gotteshauß zu Steinfeld, foro gebührl. renuntiiret.

§. 465.

Pupillo, cum tutore hereditatem dividenti, ad hunc actum ſeparatus curator conſtituitur.

Decrevit judicium Imperii Aulicum d. 27. Oct. 1739. in cauſa Graf Philip Adolph von Metternicht-Winneberg, hinterlaſſener Kinder, Vormundſchafft: geſtalt demſelben (ältern Bruder) die Vormundſchafft über ſeine minderjährige Brüder, Franciſcum und Ludovicum de Paula, hierdurch allergnädigſt aufgetragen, und zu Abſchwerung des gewöhnl. juramenti tutelæ, eine zweymonatl. Friſt angeſetzet wird. „Im Fall aber einer von ihnen, ad diviſionem bo„norum provociren würde, ſolle dem letztern, durante minorennitate, ad hunc „actum, ein beſonderer curator verordnet werden.

In caſu litis tutori cum pupillo intercedentis, Archivum alii concreditum, dicetur §. 576.

§. 466.

Temperamentum, ne per votum tutoris, tertio, in Comitiis noceatur.

In domo Saxonica, ſuper voto Comitiali lineæ Vinarienſis, Iſenacenſis, & Jenenſis, pacto de 1688. cautum: In Fällen, da Weimar und Eiſenach diſcrepiren, ſollen die Jenaiſche Räthe auf ihre Pflicht vernommen, und ihrem Gutachten ſtatt gegeben werden, damit das Jenaiſche Vormundſchafftl. votum, nicht jedesmahl mit dem Fürſtl. Weimariſchen conjungiret, und dadurch majora gemacht werden.

§. 467.

Tutor diverſæ religionis.

Comitatui Bentheimenſi Evangelico adminſtratorem Catholicum, eumque Clericum, datum fuiſſe, dicetur §. 576. cum nemo deſuper difficultates moveret. At cum Carolus Alexander, Dux Würtenbergicus, Epiſcopum Bambergenſem contutorem ſcripſiſſet, Ordines vero deſuper proteſtarentur, Aula Cæſarea

rea Bambergenſem, quem alias ob maxima merita, præclarasque animi dotes, ſummo favore proſequebatur, tueri, haud é re duxit.

Ex adverſo, mortuo Georgio Richardo, Comite Ortenburgico, proximus agnatus Chriſtianus, utut Catholicus, tutor confirmatus, quicquid contradicerent mater & Corpus Evangelicorum.

§. 467.

Plures ad tutelam competitores.

Duas avias, ſimul eſſe admittendas, dixi §. 418. An avus paternus excludit matrem? Affirma, quoad nepotes, in patria ipſius poteſtate exiſtentes. Sin filius præmortuus, fuit emancipatus, matrem præferendam volunt. Avus paternus, excludit maternum: avus maternus, aviam maternam. Aviam paternam, cum avo materno, ſimul eſſe admittendam, putat *Moſerus* in ſeinem Teutſchen Staats-R. T. XVIII. p. 250. qui & avum paternum, cum avia materna, eſſe admittendum, cenſet. At cum avus paternus, excludat maternum, multo magis aviam maternam.

§. 467.

Cauſæ Principum Imperii tutelares, num ad Auſtregas.

an ad ſumma Imperii judicia, pertineant? diſceptatum inter domum Saxo-Vinarienſem & Iſenacenſem. Impenſas litis, ſuper tutela Fuggeriana, ex caſſa pupilli deſumendas, præcipiunt concluſa judicii Imperialis Aulici, de 27. Apr. 1728. & 8. Aug. 1730.

§. 468.

Tempora excuſationum.

§. 16. Inſt. & L. 13. §. 1. Dig. de excuſationibus tutorum, præſcripta, non amplius obſervantur.

§. 471.

Formula juramenti tutorii.

regulariter in ſummis Imperii tribunalibus dirigitur: Daß ſie (Vormünd-
dere) alles und jedes, ſo N. verlaſſenen Kindern N N N. gut und nützlich iſt,
thun und handeln, was unnütz und ſchädlich vermeiden, unterlaſſen und ver-
hüten, dererſelben Güther und Perſonen, zu ihrem Nutzen, in gutem Glau-
ben und Treuen, vertretten, und im beſten verſehen, Inventarium von ihren
Haab und Güthern machen laſſen, ihrer Adminiſtration und Handlung, zu
gebührl.

gebührl. und rechter Zeit, Rechnung thun, mit vollkommener Ueberlieferung alles des, so der Vormundschafft halber zu ihren Handen kommen, und den Pupillen zustehet, oder ihnen schuldig bleiben, und sonst alles das thun wollen, das getreuen Vormündern zugehöret, alles bey Verpfändung ihrer Haab und Güther. In tutrice tamen, vel contutrice, cui administratio territorii non simul est concredita, quale quid in tutela Würtenbergica cernitur, verba: inventarium & redditionem rationum concernentia, omittuntur.

§. 471.

Juramentum tutorium, coram Notario & testibus præstitum.

Carolus Alexander, Würtenbergicus Dux, testamento suo, art. 34. disposuerat: Die Ober- und Mitvormundschafft sämtlich, das ist Unsers Herrn Vettern zu Neustadt, und Unserer Gemahlin Lbden und Unser geheimes Cabinet-Raths-Collegium, soll gehalten seyn, sich so gleich, zu Festhaltung Unsers letzten Willens, und darnach eingerichteter Führung der gantzen Vormundschafft, und des Landes Administration, durch einen cörperl. in Teutschland gewöhnlichen Vormundschaffts-Eyd, zu GOTT dem Allmächtigen, zu verbinden. In cujus sequelam, d. 11. Jan. 1738. Stutgardiæ, coram Notario & testibus, sequentem in modum juratum: Weil die Frau Hertzogin und Ober-Vormünderin, Maria Augusta, gebohrne Princeßin v. Taxis, den erforderlichen Ober-Vormundschaffts-Eyd, in höchster Person selbst abzulegen, sich freymüthig entschlossen: so hatte des Administratoris und Ober-Vormunds Durchl. Hertzog Carl Rudolph, nach Dero gegen die Frau Hertzogin tragenden besondern Hochachtung, seinem Bevollmächtigten aufgegeben, der Frau Hertzogin den Vorgang, Dero Eydes Ablegung, zum hohen Selbstbelieben zu stellen . . . . Hierauff hat die Frau Hertzogin die formulam juramenti sich selbst vorgelesen, und mit aufgelegten Dero drey vordern Fingern rechter Hand, auf die lincke Brust, zu GOTT dem Allmächtigen, den Ober-Vormundschafftl. Eyd nachgesprochen und abgeleget: Ich Maria Augusta, verwitwete Hertzogin von Würtenberg und Teck, gebohrne Fürstin von Thurn und Taxis, renuncire hiemit vorderst, wohl belehrt und wohlbedächtig, denen secundis nuptiis, und dem SCto Vellejano, und schwere darauf einen leiblichen Eyd, zu GOTT dem Allmächtigen, daß ich neben Herrn Carl Rudolphen, Hertzogen zu Würtenberg und Teck, Administratorn und Ober-Vormundern ꝛc. als Ober-Vormunderin weyland meines Gemahls-, Hertzog

tzog Carl Alexander zu Würtenberg ꝛc. hinterlassener Printzen, Carl Eugenii, Ludewig Eugenii, und Fridrich Eugenii, wie auch der Princeßin Augustä, was ihnen Pupillen gut und nützlich ist, thun und handeln, was unnütz und schädlich vermeiden, unterlassen, und verhüten, die Ober-Vormundschafft zu der Pupillen Nutzen, in gutem Glauben und Trauen vertretten, und bestens vorstehen, und sonst alles das thun wolle, was ich denen Reichs-Satzungen, und dem, mit obgegachtem Herrn Carl Rudolph zu Würtenberg, getroffenen Vergleich nach, zu thun schuldig bin; Alles bey Verpfändung meiner Haab und Güther, als wahr mir GOtt helffe und alle Heiligen.

Nicht weniger haben Nahmens des Herrn Administratoris, und Ober-Vormunders Hochfürstl. Durchl. Dero bevollmächtigter Deputatus, Herr von Bidembach, die Eydes-Formul, welche von Höchstermelter Sr. Hochfürstl. Durchl. eigenhändig subscribiret war, öffentlich abgelesen, und den Eyd mit aufgehabenen drey vordern Fingern rechter Hand, zu GOtt dem Allmächtigen abgeschworen, his terminis: Der Durchlauchtigste Fürst und Herr, Herr Carl Rudolph, Hertzog zu Würtenberg und Teck, Graf zu Mompelgart, Herr zu Heidenheim ꝛc. als legitimus administrator und Ober-Vormünder schwöret hiemit durch mich, Hercules Felix von Bidembach, als Dero, vermittelst bereits verlesenen Special-Gewalts, constituirten Mandatarium und Gewalthaber, einen leiblichen Eyd zu GOTT dem Allmächtigen, daß Dieselbe, was denen Fürstl. Pupillen gut und nützlich ist, thun und handeln, was unnützlich und schädlich, vermeiden, unterlassen, und verhüten, die Güther und Personen, zum Nutzen, in gutem Glauben und Trauen vertretten, und im besten vorstehen, Inventarium von Haab und Güthern machen, und sonst alles dasjenige thun wollen, was Dieselbe denen Reichs-Satzungen und dem jüngst getroffenen Vergleich gemäß, zu thun schuldig, und verbunden sind: Alles bey Verpfändung Dero Haab und Güther: als wahr Ihnen GOtt helffe und das heilige Evangelium.

Carl Rudolph, H. z. W.

Hiernächst hat Herr Regierungs-Rath Harpprecht vorgetragen: Nachdem nun von beederseits Durchl. Personen und resp. in Deroselben Nahmen, der Administrations- und Ober-Vormundschaffl. Eyd würckl. abgeleget worden, und es an dem wäre, daß auch die Hochfürstl. Herrn Geheime Räthe,

Dero Vormundschafftliche Pflicht und Eyd, annoch abzustatten hätten, also wollte man solche Eydes-Ablegung von denenselben gleichmäßig gewärtig seyn. Es ist zu solchem Ende dem Notario die Eydes-Formul zugestellet, von ihm öffentlich verlesen, von des Herrn Administratoris Bevollmächtigten, Herrn von Bidembach aber, der Eyd vorgehalten, und von allen anwesenden Herrn Geheimen Räthen, mit aufgehabenen drey vordern Fingern, rechter Hand, von Wort, zu Wort, nachgesprochen worden: Ihr sollet geloben und einen leiblichen Eyd zu GOTT dem Allmächtigen schwören, daß nebst des Herrn Administratoris und Ober-Vormunders, Hertzog Carl Rudolph, zu Würtenberg und Teck, wie auch der Frau Ober-Vormunderin, Mariä Augustä, verwitweter Hertzogin zu Würtenberg und Teck, gebohrner Fürstin von Thurn und Taxis, Hochfürstl. Durchl. ihr des Höchstseeligst verstorbenen Herrn Hertzog Carl Alexanders, zu Würtenberg, weyl. Euers gewesenen gnädigsten Herrn Hochfürstl. Durchl. hinterbliebene Pupillen und minderjährige Fürstl. Kinder, Herrn Erb- und übrige beyde nachgebohrne Printzen und Princeßin in bestem Befelch haben, sie zu Fürstl. Ehren und Tugenden anweisen, des Hertzogthums Nutzen, Wohlfahrt, und Interesse, besten Fleisses und Möglichkeit, beobachten, und alles, das getreuen Vormundern, nach Anleitung der Reichsgesetze und des jüngsthin, unter dem 5ten Nov. 1737. errichteten Vormundschaffts- und Administrations-Vergleichs zu thun gebühret, vollziehen wollet, wie ihr von Eurer Vormundschafft wegen, jederzeit gehöriger Orten, Red und Antwort zu geben, euch getrauet. Alles getreulich und ohne Gefährde. Wie mir vorgehalten worden, und ich mit Worten bescheiden bin, das zu thun, und dem allen getreulich nachzukommen: als gelobe, gerede und schwere ich, einen leiblichen Eyd zu GOtt dem Allmächtigen. So wahr mir seine Allmacht helffen wolle. Alles getreulich, sonder Argliſt und ohn Gefährde.

Non obstante juramento tutorio, sic præstito, nihilo secius judicium Imperii Aulicum prius haud acquievit, quam repetita fuerit per mandatarios, juramenti tutorii, in aula Cæsarea, præstatio.

De domo Ost-Frisica memorat *Brenneisen* Hist. Ost-Fris. T. 1. L. 5. pag. 182. mortuo Ennone II. Comite, 1540. viduam, ab Ordinibus & ministris homagium postulantem, prius juramentum tutorium coram illis præstitisse, posteaque homagium recepisse.

§ 471.

§. 471.

Reverſales tutoris futuri.

Num pater, ſuper futura, liberorum ſuorum tutela, à futuro tutore, reverſales exigere poſſit? quæſitum, cum Fridericus IV. Elector Palatinus, 1610. tales, à Comite Palatino Neoburgico, poſtularet, qui cum illas dare renueret, Elector Bipontinum nominabat tutorem, & Imperator nominationem illam confirmabat. Dux Saxo-Weiſſenfelſenſis Poloniarum Regi, anno 1698. ſuper tutela reverſales dedit.

§. 471.

Magiſtratus decreto, tutori opus, utut teſtator illud remiſerit.

Commendat *Andler.* Jurispr. L. 2. T. 5. n. 26. & *Schilter.* Inſt. Jur. publ. L. 1. T. 12. §. 1. cautelam, ut teſtator expreſſe caveat, tutori licere, propria auctoritate adminiſtrationem ſuſcipere. At niſi alias, domus quædam Principalis, ſe immunem docere queat, à confirmandæ tutelæ neceſſitate, vereor, ut hæc cautela quicquam operetur. Neminem poſſe teſtamento ſuo cavere, ne leges locum habeant, recte monet *Pomponius* in L. 55. de leg. 1. Conf. monita ad Tom. 3. §. 375.

§. 472.

Tutor illuſtris, à cautione non immunis.

Imperator Leopoldus, tutelam liberorum Julii Sigismundi, Ducis Würtenbergici in Oels-Juliusburg, viduæ Annæ Sophiæ, Mecklenburgicæ, 1685. confirmaturus, ad regimen ſupremi Capitaneatus, in Sileſia, reſcripſit: Sintemahl Wir nun nach reiffer, der Sachen Erwegung, ſolche tutel obgedachter verwitweten Hertzogin Anna Sophia, Andacht, als leiblicher Mutter, ſub onere reddendarum rationum, dergeſtalt allergnädigſt conferiret, daß dieſelbe erſtlich idoneam cautionem, mit ihrem jetzigen und künfftigen Vermögen, wie es bey den Fürſtl. Wittwen in Unſerm Hertzogthum Schleſien Herkommens, durch gerichtliche Angelobung præſtire.

§. 473.

Tutor peregre abiturus, an alii tutelam poteſt mandare?

Anna, Ennonis II. Oſt-Friſiæ Comitis, vidua, tutelam gerens 1548. Emdanis reſcripſit: Anna &c. Liebe Getreue. Dieweil es ſich zugetragen, daß Wir eine Zeitlang auſſerhalb Landes verreiſen werden: Demnach haben Wir

Unsern freundlich lieben Bruder, Christof, Grafen zu Oldenburg und Delmenhorst, neben Unsern Räthen, im Nahmen und von wegen Unserer Kinder, und Unser, so lang Wir ausserhalb Landes seyn werden, von Unsertwegen, das Beste im Lande zu thun, gebethen. Derhalben Unser gnädig Begehren und Befehl, da einiger Mangel, oder Noth, euch anstossen würde, oder vorhanden wäre: so wollet Unsern Bruder, samt den Räthen, ersuchen, und dasselbe zu erkennen geben, ihnen auch, von Unsertwegen, in allem gehorsamlich folgen.

Tutricem Hohenzolleranam, veniam in Belgium abeundi, à judicio Imperii Aulico petiisse & impetrasse, sequens docet conclusum:

Veneris 10. Mart. 1719.

Zu Hohenzollern-Sigmaringen, verwitwete Fürstin, Frau Johanna Catharina Victoria, per Wirsching, sub præs. 6. Febr. nup. supplicat humillime, pro clementissime, ex causis adductis, concedenda venia, discedendi & transmigrandi ad Comitatum Hollandicum Berg. in duplo.

1. Detur der Frau Supplicantin petita venia, abeundi ad Comitatum Hollandicum Berg.

2. Cum notificatione hujus, rescribatur an den Herrn tutorem honorarium, Fürsten von Hohenzollern-Hechingen, und contutorem, Graf Oswald von Hohenzollern: Ihro Kayserl. Maj. versehetен sich gnädigst zu denselben, sie werden auch in Abwesenheit der Frau Fürstin, vor das Beste derer Pupillen noch ferner Sorge tragen.

§. 473.

Plures contutores,

si pro indiviso tutelam gerunt, neuter sine altero valide quippiam agit. In casu dissensus, majora vota concludunt; vel, si ita placuerit, illa, cui vidua calculum addit. Aliud temperamentum vidimus §. 465. Nonnunquam educatio matri, administratio agnatis, vid. §. 407. 434. vel regimen agnato, Cameralia vero, alii cuidam, committuntur, vid. §. 274.

§. 481.

Num tutor milites,

corporis sui custodiæ destinatos, die Leib-Guarde, pupilli sumtibus alere possit? ex circumstantiis dijudicandum videtur. Disceptatum desuper in domo

Saxo-

Saxo-Meinungensi. Regulariter miles ordinarius, huic negotio adhibendus, videtur, Conf. dicta ad Tom. 1. §. 451.

§. 483.

Diploma Ludovici IV. Imp. de 1333.

Ludovicus, Dei gratia, Romanorum Rex, semper Augustus. Notum esse volumus, præsentium inspectoribus universis, quod sedentibus nobis pro tribunali, in civitate nostra Nürenberg, in domo fratrum minorum, nonnullis Principibus, Comitibus, Baronibus, Ministerialibus, militibus, ac proceribus, nostræ Imperialis curiæ, nobis itidem assistentibus, quæsitum fuerit publice à cunctis, juxta morem & consvetudinem curiæ nostræ: an sigillata cum sigillo quodam, illustri Ludovico Marchioni Brandenburgensi, primogenito nostro, cum esset infra annos discretionis constitutus, absque nostro, *& tutoris sui*, jussu & licentia, fabricato, habere deberent roboris firmitatem? Super hoc Principes, & alii supra dicti, sentientes, responderunt: cuncta, per dictum sigillum sigillata, cum esset minor annis, cumque absque nostro, & *tutorum suorum*, speciali jussu & licentia, fabricatum fuerit, maxime cum illi, qui dictum sigillum fabricari jusserunt, dictum nostrum primogenitum, contra voluntatem nostram, in sua potestate tenuerint, nullam omnino debere roboris firmitatem. Nosque in præsentia omnium prædictorum, dictum sigillum in partes fecimus conquassari. In cujus &c.

§. 484.

Num curator, minorennem deliberationibus interesse, pati debeat?

Quæsitum in domo Fuggeriana. Concluſum à judicio Imperii aulico d. 26. Mart. 1738. Ihr. Kayserl. Maj. finden billig, daß ernannter Graf Frantz Carl Fugger, wenn es anderst füglich, und ohne Auffenthalt der vorfallenden Fideicommiss-Geschäfften geschehen kan, so offt er es verlanget, zu denen gemeinschafftl. deliberationibus (damit er sich um so besser des innerlichen Zustandes der Fideicommiss-Güther und deren Gerechtsamen erkundigen möge) zugelassen werde, jedoch mit der Erklärung, daß ihm hiedurch kein votum activum beygelegt, oder auch denen administratoribus die Hände gebunden seyn sollen, um sich an dessen dissentium zu kehren.

§. 498.

Rationes à tutore esse reddendas.

inde quoque evincitur, quod post depositam tutelam, tutores accipiunt apocham, quæ superflua esset, si ad rationes reddendas haud tenerentur.

Judicium Imperii Aulicum, Margaretham Christianam Augustam, natam de Guldenlew, viduam Georgii, Comitis de Leiningen-Westerburg, qua tutricem liberorum suorum, rationes gestæ tutelæ reddere, jussit.

Commissioni Cæsareæ, ad divisionem Solmensem peragendam, decretæ, injungebatur d. 8. Mart. 1705. in puncto der Vormundschaffts-Rechnung, und weil auch ratione derselben, indem solche der Graf Johann Fridrich, zu Solms-Laubach, wegen der jüngern Grafen zu Solms-Rödelheim geführet, noch wenige Differenzien obhanden wären, als möchte sie die gezogene defectus, nochmahlen summarisch durchgehen, die Beantwortung dagegen halten, und wo sie dieselbe gegründet finden, die partes zur Ruhe weisen: auf den Fall aber, noch was erhebliches überbleiben solte, solches nebst rechtl. Gutachten zum Reichs-Hof-Rath berichten.

In causa die Fuggersche Vormundschafft betr. judicium Aulicum d. 26. Mart. 1738. decrevit: Wird dem Grafen von Muggenthal, (contutori) über die, ex casla pupillari empfangene Gelder, Rechnung zu pflegen, und selbige Kayſ. Maj. längstens in 2. Monathen einzuschicken, nicht weniger, was es mit dem gegenseits angeführten, und von ihm, angegebener massen, jährl. gezogenen Recompenz, vor eine Beschaffenheit habe, Allerhöchst Deroselben, eodem termino anzuzeigen, auferlegt.

§. 498.

Tutores aneclogisti.

A patre testamento tutores aneclogistos, seu immunes à rationibus reddendis posse constitui, ait L. 5. §. 7. Dig. de administratione & periculo tutorum: addit tamen, eos damnari debere, ni bonam fidem in administratione præstiterint, i. e. si. doli admissi convincantur.

§. 500.

Emolumenta tutoris.

Joannes Albertus II. Dux Mecklenburgicus, testamento 1636. disponit: Währender Administration, soll Unsre hertzliebste Gemahlin Ihre Fürstl. Alimenten,

ten, aus Unsern sämtl. Aemtern und Landes-Intraden haben, und was sie von Ihr. Lbden Leibgedings-Aemtern, deren Abnutzung Ihr. Lbden alsofort, nach Unserm tödl. Hintritt, genieſſen sollen, ersparen wird, solches bleibt Denselben, Unsern Fürstl. Kindern zum besten zu hinterlegen, und davon zu disponiren, frey.

Christiano Ludovico, Administratori Mecklenburgico, 1728. ultra suum Apanagium, annui 25000. thal. assignati: at Duci Carolo Leopoldo, regimine moto, pro sua competentia annui 40000. thal.

§. 501.

De rationibus à tutore reddendis, earumque apocha.

Quodsi tutor pecuniam pupillarem, in usus proprios convertit, eum teneri ad usuras legitimas, discimus ex Tit. C. de usuris pupillaribus: Cumque usuræ legitimæ, priscis Romanis fuerint centesimæ, 12. pro Cent, quæ singulis mensibus centesimam sortis partem æquant, idem hodienum obtinere passim, existimant Doctores. Vid. *Berger.* Oecon. Jur. L. 1. T. 4. §. 10. Not. 11. Sed cum hodie legitimæ usuræ sint 5. pro Cent, ulterius tutor, ne quidem inter privatos, tenebitur, multo minus inter Principes, quorum tutela est fructuaria. Sicut autem à Principum rationibus est alienum, quod tutor apocham debitori, usuras, 100. solidos excedentes, solventi, nonnisi prævio judicis decreto, dare queat, L. 27. C. de administratione tutorum: ita & illa pœnalis sanctio, qua tutor, ante rationes redditas, pupillam sibi, vel filio, jungere, sub infamiæ pœna prohibetur, illustribus haud applicanda. Exemplum occurrit apud *Ludewig.* Reliq. MSC. Tom. X. p. 190.

§. 502.

Apocha tutorum.

Tutoribus minorennes, dum rerum suarum administrationem suscipiunt, dant quietantiam: Daß die Vormünder, und alle Dero Erben und Nachkommen, wegen solcher Vormundschafft, und was dem mehr anhängig, auch des Inventarii halber, Landschafft, Renthey-Amts, und andrer Rechnungen, oder was nur ersinnlicher massen von dieser Vormundschafft dependiret, oder inund auſſer Recht, vorgegangen und verhandelt, und einige Verantwortung, wie die Nahmen haben möchte, auf sich hätte, in bester Form und Gestalt, wie solches in Rechten und Gewohnheiten, am kräfftigsten und beständigsten, immer geschehen soll, kan und mag, jetzt wie dann, und dann als jetzt, gänzlich

lich und allerdings, ohne einigen Auszug und Vorbehalt, quitt, ledig und loß gezehlet werden, bey Fürstl. Ehren, Treuen, Worten und Glauben.

Cum Joannes Georgius I. Elector Saxoniæ, tutelam Joannis Ernesti, Vinariensis, 1615. deponeret, postulabat eine Quittungs-Notul, worinn alle Vormundschaffts-Handlungen zu ratificiren, alle Befehle und decreta genehm zu halten, den Churfürsten, als Caput familiæ zu respectiren, ohne dessen Rath in Reichs-Sachen nichts anzuordnen, vielweniger Bündniß zu machen.

§. 509.

Restituuntur Imperii Germanici Principes ob minorennem ætatem.

Rudolphus, Marchio Badensis, revocavit promissa Ludovico, Comiti Oettingensi, durante minorenni ætate facta, ceu testantur tabulæ investituræ, à Carolo IV. Imperatore, dicto Rudolfo datæ, simulque Oettingensi petitorium reservantes, verbis: Auch hat er, Marggraff Rudolf, bezeiget, in Unser, und andrer Fürsten, Grafen, und edler Leute, Gegenwärtigkeit, daß er vor etzlicher Zeit, da er seine Jahre nicht hatte, seine obgenannte Lehn, dem Edlen Ludwig, Grafen zu Oettingen, vermacht habe, ob es zu schulden käme, daß der obgenannte Marggraff Rudolf, also stürbe, daß er Leibes-Erben Manns-Geschlecht hinter ihm nicht liesse, und daß er das gethan habe, unter seinen Jahren, und in den Zeiten, da er mit seinem Vetter, Marggraff Rudolf, genannt den Wecker von Baaden, in Gemeinschafft saß derselben Lehn, ohne des Verhengniß, er es nicht gethun möchte. Aber nun ihm GOtt geholffen habe zu seinen Jahren, und er seine Ding baß besorgen mög, so wiederruffe er dieselbe Geschicht und die Vermachtunge, meyne und wolle, daß sie keine Krafft und Macht haben solle, wenn das unter seinen Jahren geschehen sey, und ohne Will und Verhängniß, seines ehgenannten Vettern, das nicht gethun möchte, als davor begriffen ist . . . . . unschiedentlich doch den obigen genanten von Oettingen, ob er derneley Recht dazu haben mag, und das soll er auch fodern, als recht ist.

Seculo XV. Ludovicus, Comes Oettingensis, agnato, ac tutori suo, Ulrico, dimidium Comitatum vendidit. Sed irrita, postmodum declarata, venditio, quia durante minorenni ætate facta.

Joannes Ernestus, Dux Saxo-Salfeldensis, inter rationes 1680. publicatas, quare Recessus, cum domo Saxo-Gothana, d. 8. Mart. 1679. initus, debeat esse irritus,

irritus, etiam hanc ponit, quod d. 21. Aug. 1658. ſit natus, dictum Receſſum vero, de jure ſuo non ſatis informatus, nullo adhibito Conſiliario, d. 8. Mart. 1679. ſubſcripſerit, antequam annum 21. Saxonibus ſolennem attigerit.

Similiter transactionem, inter tres Duces Saxo-Meinungenſes, 1706. initam, natu minimus ideo impugnavit, quod tunc ne 19. annum compleverit. Sed cum regereretur, eum tamen transactionem illam, poſt vigeſimum primum ætatis annum, d. 22. Mart. 1709. ſponte agnoviſſe, ratamque habuiſſe, valida illa fuit declarata à judicio Imperii Aulico, d. 28. Mart. 1727.

§. 515.

Joannes, Sveviæ Dux, tutorem ſuum interficit.

Qua de re ita *Gerardus de Roo*, Annal. Auſtr. L. 7. p. 77. Joannes, jam tutelæ annos egreſſus ſibi videbatur. Itaque & ipſe aliquoties, & per alios, paternæ hereditatis ditiones ſibi tradi, flagitabat. Patruus neque negatum iri, ſimulac ad ætatem, eamque vitæ frugem, perveniſſet, ut ſuis præeſſe, cum dignitate poſſet. Nunc vero in ea ætate, (18. annum fuerat ſupergreſſus) id eſſe ingenium, eos mores, qui rectore adhuc indigerent. Hanc repulſam, male admodum concoquebat, imperandi appetitu æger adoleſcens. Trucidat cum aſſeclis tutorem moroſum. At *Moſerus* in ſeinem Teutſchen Staats-Recht, Tom. XII. p. 385. fretus autoritate Chronographi Salisburgenſis, ad an. 1308. apud *Pez* Scriptor. rer. Auſtriac. Tom. 1. p. 404. exiſtimat, Albertum à Joanne eſſe trucidatum, non tam ob non redditum Sveviæ Ducatum, quam ob denegatam terrarum Auſtriacarum diviſionem. Rudolfus I. Imperator, duos ſuos filios, Albertum & Rudolfum, 1282. inveſtiverat de Ducatibus Auſtriæ, Stiriæ, Carniolæ, &c. Rudolfus, ante patrem decedens, reliquerat Joannem, quem Albertus plane præterierat, cum 1298. de ditionibus Auſtriacis filios ſuos, Rudolfum, Fridericum & Leopoldum, inveſtiret.

§. 516.

Suſpectus tutor declinatus.

In Oſtfriſia mortuo 1540. Ennone II. Comite, frater defuncti Joannes, ad tutelam adſpirabat. Sed interſerebant Ordines provinciales, quoniam Joannes, Imperatoris auſpiciis, bellum moveret, in ditione Cliveſi, metuendum eſſe, ne Cliveſis Dux anſam inde arripiat, Oſtfriſiam infeſtandi. Quamobrem

tutela, viduæ Annæ committebatur: ita ut Joannis consilia tum demum expetere teneretur, si in Ostfrisia esset præsens.

§. 519.

Zu Jahren und zu Tagen kommen.

Qui ætatem majorennem attingit, Germanis dicitur: Zu seinen Jahren kommen. Cum qua notione synonima non est illa, zu seinen Tagen kommen, quæ idem sonat, ac senescere, seu annum 60. superare. Unde senes vocantur: betagte Leute.

§. 519.

Modus deponendi tutelam.

Ubi is, qui tutelæ hactenus subfuit, majorennem attingit ætatem, ac ipse rebus suis præesse cupit, tutoribus, ante omnia, dat apocham, bene gestæ tutelæ & administrationis. Quo facto, hi Consiliarios & subditos, fide & obsequio, quo hactenus sibi erant obstricti, solvunt, ac novo regenti fidem jurare jubent. Facit huc sequens Diploma Anhaltino-Cœthense:

V. G. G. Wir Gisela Agnes, verwitwete Fürstin zu Anhalt ꝛc. thun kund und bekennen hiemit, daß als weyl. Unsers in GOTT ruhenden Herrn und Gemahls, Fürst Emanuel Lebrecht, zu Anhalt, Lbden, Uns aus besondern gutem Vertrauen, die Vormundschafft über Dero und Unsern ältern Herrn Sohns und Erbprintzens, des Durchl. Fürsten, Herrn Leopolds, Fürsten zu Anhalt, t. t. Lbden, Innhalts Dero Testamentl. disposition, aufgetragen; Wir auch solche Vormundschafft biß an den 10ten des jetzigen Monaths Dec. 1715. auf erlangte allergnädigste Kayserl. Confirmation, geführet; an selbigem Tag aber Hochgedacht, Unsers freundlich geliebten Herrn Sohns, Lbden, Dero Majorennität, nach dem Herkommen bey dem Fürstl. Hause Anhalt, erreicht, mithin die, auf Sie verfallte Lands-Regierung, selbst anzutretten, auch nach Dero selbst eigenem Belieben, die Erb- und Lands-Huldigung einzunehmen haben: Als wollen Wir, nachdem von Hochgedachter Sr. Lbden Wir, über die bißherige Administration, vergnügl. quittiret, Krafft dieses alle Räthe und Beamte, ingleichen die Freyherrn und Ritterschafft, Rittersassen und Landschafft, Burgermeister und Räthe in den Städten, Burger und Einwohner in Städten und Dörffern, welche Uns bißher als Fürstl. Vormünderin und Regentin, theils mit würcklicher Pflicht, theils mit Gehorsam, verwandt gewesen, derselben erlassen, und sie an Hochgedacht Sr. Lbden, als ihren angebohrnen

gebohrnen, und Innhalts Fürst-Väterl. Testaments, einigen regierenden Landes-Fürsten, verwiesen haben. Inmassen Wir solches in bester Form, wie es zu recht geschehen kan, thun, und zu desto mehrer Urkund, diese Unsre Vormundschafftl. Loßzehlung, eigenhändig unterschrieben haben, und mit Unserm Fürstl. Innsiegel bedrucken lassen. So geschehen Köthen, d. 28. Dec. 1715.

L. S. Gisela Agnes, F. zu Anhalt,
Witwe.

§. 525.

Majorennitas Svecica.

Novam cum Sveci 1719. regiminis formam introducerent, sanxerunt simul, 21. demum ætatis anno, Reges majorennes esse habendos.

§. 527.

Legitima Pontificis & Episcoporum ætas.

Ad Pontificis Romani, ceterorumque Episcoporum, legitimam ætatem, quod attinet, Constitutiones Apostolicæ, Lib. 2. c. 1. p. 215. Operum SS. Patrum, qui temporibus Apostolorum floruerunt, colligente *Jo. Bapt. Cotelerio*, docent: de Episcopis audivimus, nec minorem annis 50. esse debere, id quod suo testimonio firmat Siricius Pontifex, Epist. 1. cap. 9. Patres Concilii Neo-Cæsariensis, anno 319. in Ponto congregati, Presbyterum, ante 30. annum, admittere nolunt, quia Christus ante annum 30. non docuit. Justinianus Nov. 123. c. 13. sanxit, presbyterum minorem 35. annorum fieri, non permittimus, sed neque diaconum, aut subdiaconum, minorem 25. Agathense concilium, Tom. 4. Conciliorum, p. 1386. canon 16. disponit, Episcopus, benedictionem diaconatus, minoribus, quam 25. annorum, penitus non committat. Concilium Viennense, 1311. sanxit, ut quis possit anno æt. 18. ad subdiaconi, anno 20. ad diaconi, & anno 25. ad presbyteri, munus admitti. Tandem Concilium Tridentinum mediam viam elegit, Sess. 24. cap. 12. de reformatione, ut annus 22. ad subdiaconatum, annus 23. ad diaconatum, annus 25. ad presbyterium, requiratur. Qui termini, ubi anticipantur, Pontificis venia & dispensatione opus. Inter ipsos Pontifices Romanos, Joannes XII. 1455. Romanam sedem invasit, admodum puer, & ex mente Cæsaris Baronii, vix annos 18. natus. Benedictus IX. puer 10. aut 12. annorum, Pontificatum adeptus. Vid.

Cæsar. Baron. Annal. ad an. 1033. Inter Cardinales occurrunt Alphonſus, infans Luſitanus, purpuram nactus 1517. ætatis 8. Emanuel Philibert, é Sabaudia, 1530. æt. 2. Ferdinandus Auſtriacus, 1619. æt. 10. & poſt alios multos, noſtra memoria, Ludovicus Infans, Hiſpanus, 1735. æt. 8. Conf. *Jo. Georg. Eſtor* diatriba de Cardinali impubere, Jen. 1743. 4.

§. 529.

Ultrageniti, Electorum liberi, quando majorennes?

Filii ultrageniti, atque agnati apanagiati, Electorum, ſi pacta ſpecialia deficiunt, anno 18. majorennes fieri videntur, quoniam alias, hoc paradoxon evenire poſſet, ut Elector 18. annorum, ſit tutor pupilli agnati 24. annorum. Nec contrarium colligitur ex diplomatibus citatis, Caroli IV. & Sigismundi, quæ ita ferunt: ætatem eligendi Imperatorem, 18. annorum eſſe volumus, in Principatibus autem, Ducatibus & dominiis aliis temporalibus gubernandis, (ſcilicet ab aliquo, qui non ſimul eſt Elector) ætatem obſervandam decernimus, prout à divis Romanis Imperatoribus, ſancitum.

§. 529.

Quoad actus Electorales majorennis, pro tali etiam, quoad adminiſtrationem territoriorum, tum Electoralium, tum aliorum, habetur.

Quod inter alia firmatur diplomate Caroli IV. 1356. ſex menſibus, poſt conditam Auream Bullam domui Palatinæ, conceſſo, cum inter duos Rupertos controverſia de Electoratu naſceretur, ibi: Wenn aber derſelbe ältere Sohn 18. Jahr alt wird, zu Hand ſoll ihm derſelbe Vormund alle Land, Herrſchafft, Würdigkeit, Ehr und andre Rechten, abtretten.

§. 530.

Majorennitas Holſato-Gottorpienſis.

Privilegium Ferdinandi III. Imperatoris de 1646. Gottorpienſibus annum 18. pro ætate legitima, indulget, hac addita ratione: Weil im Fürſtenthum Schleßwig, nach Däniſch- und Schleßwigiſchen Rechten, die Majorennität nach 18. Jahren beobachtet wird, und es beſchwerlich ſey, wenn es im Hollſteiniſchen anderſt gehalten, und einer zur Regierung pro parte habilis, pro parte inhabilis, ſeyn ſolle.

§. 532.

Majorennitas Bipontina.

Christianus IV. Comes Palatinus in Zweybrück 1741. ætatis anno 18. completo, regimen capessivit, quod cum mater & tutrix ipsius, Electori Palatino notum faceret, hic d. 15. Apr. 1741. respondit, expectandum ipsi esse ad annum usque 25. se interim non repugnaturum, ut territorii sui regimen gerat, sine tamen ulteriori præjudicio, aut spe, capessendi tutelam Solisbacensis minorennis. Dabat præterea Elector protestationem, ad acta conventus circuli Rhenani superioris. Bipontinus vero d. 23. Sept. legatis Electoralibus Francofurti congregatis, repræsentari curabat: verendum sibi esse, ne mortuo forsan Electore Palatino, ab Electoratus administratione excluderetur: at inde à Seculis, Principes Bipontinos anno ætatis 18. fieri majorennes: Adolfum Simplicem, 1306. natum, regimen jam gessisse 1326. Rudolfum cœcum, 1309. natum, regimen suscepisse 1327. Carolum XII. Sveciæ Regem, ab ipso Electore Palatino, anno ætatis 18. ad conventum circularem esse vocatum. Nihilominus Bipontinus, à judicio Imperii Aulico pro minorenni, usque ad annum 1742. fuit habitus, quo demum, à Carolo VII. Imperatore, ætatis veniam impetravit.

§. 534.

Legitima ætas Würtenbergica.

Godofredus Daniel Hofman, de Iure Imperatoris, Principibus Germaniæ veniam ætatis concedendi, p. 75. certum esse, scribit, expeditumque, minorennem, Principum Würtenbergicorum ætatem secundum domus observantiam, 18. annis absolvi. Sed vaga, fluctuans, nec satis firmata, hæc videtur observantia, adeoque vix sufficiens, ubi contradixerint Imperator, agnati, aut Ordines provinciales. Nimirum Eberhardus Senior, seu Barbatus, & Eberhardus II. seu junior, agnati, paciscebantur Mynsingæ, 1482. Daß wenn Graf Eberhard, des ältern, Theil Landes, auf einen minderjährigen Herrn fiele, Desselben Sachen, wenn bemelter Graf Eberhard, ohne andre Ordnung und Satzung gestorben, durch die 3. Stände der Prälaten, Ritterschafft, und Landschafft seines Landes, ausgerichtet und gehandelt werden sollen, biß ein solcher junger Herr 18. Jahr alt werde. Cum vero anno 1492. Eslingæ iterum convenirent, terrasque suas unirent, vigesimum annum pro termino posuerunt. Eodem anno, die S. Stephani, idem Eberhardus senior, testamenti tabulis suo agna-

to, Henrico in Mompelgart, Ulrici Beneamati, filio impuberi, Eberhardum juniorem, tutorem & administratorem legatorum, in testamento relictorum, usque ad annum ætatis 16. constituit. Cum Maximilianus I. Imperator, Comitatum Würtenbergicum in Ducatum erigeret, nihil quidem expresse de ætate dispositum, Eslingensem tamen conventionem, in genere confirmavit. Christophorus Dux, in testamenti tabulis 1568. tutelam filii Ludovici, usque ad annum 24. prorogavit. Qua tamen dispositione, non obstante, Ludovicus, patre defuncto, quindecim annos mox completurus, sine ulteriori venia, regimen ipse suscepit, ipsique, NB. consentientibus tutoribus testamentariis, homagia præstita. Eberhardus III. 1633. anno ætatis 19. sine impetrata Imperatoris venia, à matre, Ordinibusque provincialibus, (agnato tutore nec consentiente, nec multum repugnante) regiminis capax declaratus, postea suis testamenti tabulis 1664. primogenito filio 18 annum, postgenitis autem 25. annum, majorennitatis terminum, constituit.

§. 534.

Majorennitas Hassiaca.

Olim Hassiæ Principes, anno ætatis duodecimo, majorennes fuisse habitos, ex antiquis documentis de 1254. & 1469. probat *Kuchenbecker* von Heßischen Hof-Aemtern p. 49. Wilhelmus Senior, filiis suis annum 14. pro majorennitatis termino, designavit. Wilhelmus junior, testamento de 1506. annum 18. Quamobrem Philippus Magnanimus, anno 14. ætatis, veniam ab Imperatore impetravit. Wilhelmus IV. 1586, & Mauritius 1620. testamentis suis, iterum 14. annum præfixerunt. Ferdinandus II. Imperator, d. 18. Nov. 1625. Darmstadinis, & Ferdinandus III. d. 7. Jul. 1650. Cassellanis, 18. annum privilegio fixerunt, si fides habenda Kuchenbeckero. Addita tamen clausula: Doch soll der Fall, da ein regierender Fürst zu Hessen, Casselscher Linie, seinen eheleibl. Sohn, Fürsten zu Hessen, eine mehrere Zeit zur Volljährigkeit, durch Testament, oder ander Väterliche Disposition, bestimmen würde, nicht gemeynet seyn.

§. 534.

Ætas legitima Comitum de Castell.

Godofredus, Comes de Castell, regimen capessivit 1597. Wolfgangus Georgius, 1631. uterque anno ætatis 20. At cum Joannes Fridericus, 1695. annum 20. attigerit, consulta Facultas Juridica Altorfina, respondit: pacta familiæ,

liæ, fraudi esse non posse Reservatis Cæsareis, nec proinde anticipare terminum majorennitatis, é re Comitis fore, ætatis veniam petere, quæ donec impetretur, nihilominus Comitem res suas administrare posse, donec ipsi status quæstio moveretur. Impetrabatur tandem ætatis venia 1697.

§. 534.

Majorennitas Hohenloica.

In diplomate veniæ ætatis Ludovico Eberhardo, Comiti Hohenloico, 1607. anno ætatis 16. concesso, ex supplica exhibita narratur: Hohenloicos, vi unionis hereditariæ, ab Imperatore confirmatæ, anno ætatis 18. fieri majorennes. Nihilominus Mauritius Fridericus, 1641. anno æt. 21. ætatis veniam impetravit.

§. 548.

Intuitu feudorum diversorum, plures quis, majorennitatis terminos, tenetur agnoscere.

Accidere potest, ut quis plurium curiarum sit Vasallus, in quibus diversi, majorennitatis termini, observantur. Quare tunc nil absurdi alit, ut quis intuitu unius feudi, habeatur majorennis, intuitu alterius, minorennis. Fuggerii Comites, in Babenhausen habent familiæ fideicommissa, quorum intuitu, usque ad 30. ætatis annum, tutelæ subsunt, licet Comitatus regimen anno 25. capessant.

Hinc sequitur, quod quemadmodum quis diversarum curiarum Vasallus potest existere, & intuitu diversorum feudorum, diversos majorennitatis terminos, agnoscere: sic & ab una curia, ætatis veniam impetrare possit, utut intuitu reliquorum feudorum, sub cura remaneat. Tempore invasionis Gallicæ, Joannes Carolus Augustus, Comes de Leiningen - Heidesheim, à Gallorum Rege, in Camera Metensi, 1681. majorennis declarabatur, sed cum vereretur, ne Imperii Germanici tribunalia, eum pro tali agnitura sint, declaravit, se passurum, ut lites ibidem prosequendæ, per curatores gererentur, hac formula: Wir Johann Carl August ꝛc. bekennen hiemit: Nachdem die Königl. Majest. zu Franckreich, auf Unsre gethane Repriſes, Uns durch Dero Königl. Cammer zu Metz, pro majorenni erklären lassen: daß Wir darauf, in Krafft solcher Königl. Dispensation, den Hochgebohrnen Herrn, Emich Christian, Grafen zu Leiningen, Unsern freundlich geliebten Hochgeehrten Herrn Oheim, aller fernern Administration entladen und liberiret haben: thun auch das hiemit, und

und in Krafft dieses, doch dergestalt, daß Sr. Lbden, zu Verhütung Disputats, und desto besserer Förderung, die Haßlochische, und andre gemeine Processe und Sachen, in Unser Abwesenheit, ferner nomine curatorio zu prosequiren, unbenommen bleibt.

§. 550.

Papa ætatis veniam largitur.

Pontifex Romanus, Alexander III. in Concilio Lateranensi præcepit, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam tricesimum annum ætatis exegerit, cap. 7. X. de electione & electi potestate. Quodsi igitur Pontifex Romanus minorenni, eligibilitatis Breve concedit, eo ipso ætætis veniam largitur. Albertus, Saxoniæ Dux, Ernesti filius, anno ætatis 18. electus est Archiepiscopus Moguntinus. Josephus Clemens, Bavarus, completo 17. ætatis anno, Archiepiscopus Colonienſis electus, vi decreti eligibilitatis, ab Innocentio XI. Pontifice, indulti. Hi ad regimen provinciarum, sine tutore, aut coadjutore, admissi. Econtra, ubi Pontifex Cardinalitiam dignitatem alicui confert, qualia exempla copiose collegit *Estor*, de Cardinali impubere, tutela propterea haud cessat, nec ætatis venia eo ipso conceditur.

§. 551.

Primum veniæ ætatis diploma.

Hactenus, antiquius reperire haud licuit, illo, quo Carolus IV. Imperator, Philippo, Burgundiæ Duci ac Comiti, annum ætatis 14. agenti, ætatis veniam concessit, anno 1355. Ante hoc tempus, quoties Imperatores, super ætatis defectu dispensarunt, illud non per codicillos, aut diplomata, sed ipso actu, per officii, vel ditionis collationem, fecerunt. In Italia quidem, Otto IV. Imperator, anno 1212. Marchioni cuidam Bonifacio, postulanti, ut veniam ætatis ipsi concederet, ex certa scientia, Imperiali autoritate concessit, ut ipse tanquam major, libere possit agere, causari, petere, &c. Ipsas tabulas exhibet *Ludovicus Antonius Muratorius*, delle Antiquita Estensi, p. 396. At in Germania, antiquius haud suppetit, quod proinde hic subjicere placet. Protulit illud ex Archivo Divionensi *Joannes Jacobus Chifletius*, in Vindiciis Hispan. c. 13. p. 28. unde illud repetiit *Conring* de Finib. Imp. L. 2. c. 25. §. 10.

Carolus IV. divina favente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus, & Bohemiæ Rex, illustri Philippo Duci & Comiti Burgundiæ, Principi & consangvineo nostro dilecto, gratiam nostram & omne bonum. Imperialem decet

magnifi

magnificentiam, ſic pro ſubditorum commodis adaugendis, (illorum præſertim, qui radiantes generis claritate, & communione ſangvinis, ac aliis virtutum exercitiis, ſe charos efficiunt) interdum illis uti remediis, ſic illis viis, etiam dirigi in agendis, ut rigorem juris, diſpenſationis gratia, temperet, & pro neceſſitate temporis, à lege prohibita, de ſpeciali gratia facienda, relaxet. Sane pro parte tua, Celſitudini noſtræ, extitit cum inſtantia ſupplicatum, ut cum tibi pro te, & terra tua, in pluribus prætoriis & civilibus negotiis exercendis, majorum eorum, qui ætatem legitimam attigerunt, ſit beneficium opportunum & præpediente ætatis defectu, ex eo, quod minor annis exiſtis, ad gerenda, exercenda & facienda, hujusmodi negotia, inhabilis reputeris, ſuper hoc, de opportuno remedio providere, dignaremur. Nos igitur, conſiderantes magnificum ſtatum tuum, & negotiorum qualitates, quibus intendere cum utilitate teneris: & volentes te, ſuper præmiſſis, de ſpeciali gratia reddere conſolatum, tibi autoritate noſtra & de plenitudine Imperatoriæ poteſtatis, veniam ætatis, & beneficium majorum & majorennium, damus & concedimus gratioſe: tecum ſuper defectum ætatis, ſeu minorennitatis, quem pateris, etiam diſpenſantes. Volentes & edicto Imperiali decernentes omnino, ut omnia & ſingula facta & negotia, civilia & prætoria, in judicio & extra, ubique locorum, & quibuscunque perſonis eccleſiaſticis, vel mundanis, agere, facere & exercere, libere valeas, atque poſſis, non obſtante defectu prædicto. Et per te acta, facta & geſta, perinde valeant & teneant, ac ſi major annis & majorum fultus beneficio, exiſtens, de præſenti. Nos enim juribus & ſententiis, omnibus & ſingulis, ſcriptis & municipalibus, de quibus in genere, vel in ſpecie, in contrarium facientibus, oporteret, ſpecialem in præſentibus fieri mentionem, expreſſe, & ex certa ſcientia, derogamus, præſentium, ſub noſtræ Imperialis Majeſtatis ſigillo, teſtimonio literarum. Datum Pragæ, anno domini 1355. indictione 8. XII. Kal. Sept. regnorum noſtrorum Romani, anno X. Bohem. IX. Imperii vero, I.

P. D. Cancellarius Jacobus Auguſtini.

§. 551.

Veniam ætatis conceſſit

Rudolpus I. Imperator, Wenceslao IV. Bohemo, anno ætatis 15. ſine tamen codicillo.

Carolus IV. 1355. Philippo Burgundo.

Wenceslaus 1398. Ottoni Brunſvicenſi.

Fridericus III.	1459.	Eberhardo Barbato, Würtenbergico, æt. 14.
Maximilianus I.	1503.	Ulrico Würtenbergico, æt. 16.
	1518.	Philippo Haſſiæ Landgravio, æt. 14.
	1519.	Ludovico, Hungariæ & Bohemiæ Regi, æt. 15.
Rudolphus II.	1578.	Henrico Julio, Brunſvicenſi, Epiſcopo Halberſtad.
	1589.	Chriſtiano IV. Dano, qua Holſatiæ Duci, ad inveſtituram &
	1593.	ad regimen capeſſendum.
Rudolphus II.	1598.	Philippo Julio, Pomeraniæ Duci, lineæ Wolgaſt. æt. 14.
	1607.	Ludovico Eberhardo, Comiti Hohenloico, æt. 16.
Ferdinandus III.	1640.	Mauritio Friderico, Comiti in Hohenloe-Schillingsfürſt, æt. 20.
	1645.	Chriſtiano Auguſto, Comiti Palatino-Solisbac. æt. 23.
Leopoldus	1660.	Alberto Erneſto, Oettingenſi.
	1666.	Alberto Friderico de Wolfſtein, æt. 22.
	1669.	Ludovico Wilhelmo, Marchioni Badenſi.
	1675.	Georgio Guilielmo, Lignicenſium Duci, æt. 15.
	1689.	Chriſtiano Eberhardo, Principi Oſt-Friſiæ, æt. 24.
	1690.	Euchario Caſimiro, Comiti Lœwenſtein. æt. 22.
	1692.	Fridrico Wilhelmo, Duci Mecklenburg. æt. 17.
	1693.	Eberhardo Ludovico, Duci Würtenb. æt. 17.
		Fridrico Gothano, æt. 17.
	1694.	Georg. Fridrico, Marchioni Anſpac. æt. 16.
	1697.	Joanni Frid. Comiti in Caſtell-Rudenhauſen.
	1700.	Ludovico Mauritio, Comiti Lœwenſtein. æt. 22.
	1701.	cum Carolus, Daniæ Princeps, 1680. natus, ad Epiſcopatum Lubecenſem adſpiraret, à Leopoldo Imperatore ætatis veniam impetravit, quæ tunc in ſecretiori Cancellaria expediebatur, proteſtante deſuper Cancellaria Imperiali, cui poſtea proſpectum in Capitulationibus Cæſareis, art. 16. Conf. *Gercken* Otium Vienna-Ratisbonenſe, p. 20.
	1703.	Wilhelmo Friderico, Anſpacenſi, æt. 17.
Joſephus	1707.	Cratoni Wilhelmo, Oettingenſi.

Carolus

Carolus VI.	1716.	Hermanno Friderico, Comiti Bentheim. æt. 22.
	1718.	Carolo Friderico, Holſato - Gottorp. æt. 18.
	1728.	Adolpho Friderico, Gottorpienſi, Epiſcopo Lubecenſi, æt. 18.
	1729.	Carolo Wilhelmo Fridrico, Anſpacenſi, æt. 17.
	1730.	Wilhelmo Carolo, Principi Naſſovio - Diezenſi, æt. 19.
	1734.	Carolo Edzardo, Principi Oſtfriſ. æt. 18.
	1740.	Georg. Carol. Ludov. Comiti de Leiningen in Grünſtatt, æt. 23.
Carolus VII.	1742.	Chriſtiano IV. Bipontino, æt. 20.
	1744.	Carolo Eugenio, Duci Würtenb. æt. 16.
Franciſcus	1746.	Carolo Fridrico, Marchioni Durlacenſi, æt. 18.
	1751.	Fridrico Auguſto, Principi Anhalt - Serveſtan. æt. 18.
	1753.	Adolpho Fridrico IV. Duci Mecklenb. Streliz. æt. 15.
	1754.	Carolo Chriſtiano, Principi Naſſov. Weilburg æt. 19.
	eod.	Erneſto Auguſto Conſtantino, Duci Saxo - Vinar. & Iſenac. æt. 18.

§. 552.

Electores, an Electori, veniam ætatis concedere poſſint?

Quæſtio, in utramque partem diſputari poteſt. Tutiſſimum eſt, ſi agnatus tutor actus electorales peragit, & à novo poſtmodum Imperatore, ætatis venia impetratur.

§. 553.

An ætatis veniam ab Imperatore conceſſam, aliæ curiæ feudales teneantur agnoſcere?

Quæſitum, cum 1693. Eberhardus Ludovicus, Dux Würtenbergicus ætatis veniam impetraſſet, & ſe ad illud diploma poſtea, in Cancellaria Bohemica referret. Sequebatur 1695. interlocutoria: Er ſolle das allegirte documentum veniæ ætatis, als bey der Böhmiſchen Hof - Cantzley unbekannt, zuvorderſt produciren und demnächſt Reſolution erwarten. Productione facta, ſequebatur reſolutio, d. 24. Maj. Daß die erhaltene venia ætatis, als anderwärtiger Reichs - Lehn halber, durch den Reichs - Hof - Rath ertheilet, auf die von der Cron Böhmen zu Lehn tragende Stücke und appertinentien, nicht gezogen, noch appliciret werden

ſönne. Redit res ad quæſtionem præjudicialem: num Reſervata Imperatoris, per totum Imperium operentur? quod non immerito affirmatur.

§. 555.

An Comites Palatini, ætatis veniam impertiri queant?

Carolus IV. Imperator, Bartolo de Saxoferrato, JCto & Conſiliario ſuo intimo, omnibusque illius heredibus maſculis legitimis, quotquot illorum Juris Doctores fieri contigerit, facultatem conceſſit, per univerſum Imperium omnibus, iſto beneficio dignis, veniam ætatis conferendi, ſervata tamen, à legibus præſcripta forma, ceu ipſe *Bartolus* teſtatur in libro de teſtibus: Bartolum tamen, hoc jus reapſe exercuiſſe, non conſtat, utut illo tempore, quo tanta, ſuperioritas territorialis, nondum ceperat incrementa, facilius longe illud fieri potuiſſet. Judicium Imperii Aulicum, Comitibus Palatinis hoc jus non ſimpliciter concedere, fidem facit ſequens concluſum:

Veneris d. 6. Jul. 1725.

Reichs-Ritterſchafft in Francken, Orts Rhöne und Werra, contra Georg von Manſpach, und Johann Wilh. Wagnern, Comitem Palatinum Cæſareum, in puncto violati Reſervati Imperatorii, ſive Implorantiſcher Anwald von Kleibert, ſub præſ. 8. Jan. nup. exhibendo allerunterthänigſte Anzeige von beſagtem Comite Palatino Cæſareo, in præjudicium ordinationis equeſtris, Nobili immediato, concedirten veniæ ætatis, und dadurch begangenen Eingriffs, in die Reſervata Imperatoris Majeſtatica, ſupplicat humillime pro clementiſſime avertendo præjudicio, & caſſanda prætenſa conceſſione, nec non ob conſequentem Comitivæ Cæſareæ abuſum, in dictum Comitem Palatinum, condigne animadvertendo, deſuperque excitando fiſcali. Appon. Lit. A. B. C. D. in duplo.

1. Wird von Johann Wilhelm Wagner, zur Ungebühr unternommene Diploma veniæ ætatis, vor Georgen von Manſpach, vom 12. Maj. 1723. vor null und nichtig erkläret.

2. Excitetur fiſcalis, contra Georg von Manſpach und Johann Wilhelm Wagner, ſuique officii admoneatur.

§. 556.

Illuſtres, à Statibus, ætatis venia donati.

Joſephus Adamus, Princeps Schwarzenbergicus, anno 1741. æt. 19. intuitu bono-

bonorum, quæ in Bohemia poſſidet, ætatis veniam é Cancellaria Bohemica impetravit.

§. 556.

Sublata magiſtratuum Würtenbergicorum poteſtas, liberandi à curatela.

Sublata eſt hæc, magiſtratibus olim competens, facultas, liberandi à curatela, per Reſcriptum Ducale de 5. Jul. 1732. Et cum adhuc vigeret hæc liberatio à curatela, tamen reſtitutionem in integrum non excludebat, nec facultatem ſtandi in judicio operabatur, adeoque inſigniter differebat à venia ætatis, ab ipſo Principe conceſſa.

§. 558.

Majorennitas liberorum, ultra terminum legalem prorogata.

Exemplum Palatino-Veldentinum attigi §. 432. Comites de Fugger, intuitu fideicommiſſi in Babenhauſen, usque ad annum ætatis 30. curæ adminiſtratorum ſubſunt, licet de reliquo anno ætatis 25. cenſeantur majorennes.

Fridericus Wilhelmus, Dux Saxo-Altenburgicus, poſt attactam majorennem ætatem, per triennium adhuc tutelæ ſubfuit, quoniam ditiones *pro indiviſo* poſſidebat, cum fratre ſuo minorenni.

§. 559.

Diverſa majorennitas ad regimen capituli, ab illa territorii.

Mauritius Wilhelmus, Dux Saxo-Cizenſis, patri, in regimine capituli ſucceſſit, anno 1682. æt. 18. at in regimine territorii, demum anno 1685. æt. 21. Conf. *Zech.* Europäiſch. Herold, T. 2. p. 240.

§. 559.

Ordines provinciales ætatis veniam indulgent.

In Ducatu Würtenbergico Ordines Eberhardum III. anno 1633. æt. 18. regiminis capacem judicarunt, agnato, Ludovico Fridrico, tutelam auferentes.

§. 560.

Comites Palatinos,

iis caſibus, quibus ætatis veniam indulgere valent, ad ſolennitates juris communis eſſe adſtrictos, facile liquet. Conf. dicta §. 555.

§. 560.

Ætatis veniam impetraturus, ipse eam petere debet.

Cum Daniæ Rex, fratris Caroli nomine 1698. ætatis veniam ab Imperatore peteret, sequebatur conclusum judicii Imperialis Aulici: Wenn der Printz, dem, in dergleichen Dispensations-Fällen, üblichen Cantzley-Stylo gemäß, sich bey dem Kayser selbst schrifftlich darum melden würde, soll Resolution erfolgen.

§. 560.

Taxa, pro ætatis venia, solvenda,

tum demum à subditis exigi poterit, si hi illam desiderarunt. Sic Imperator d. 20. Dec. 1689. Ost-Frisiæ Ordines, per decretum jussit, sumtus, huic negotio impendendos, suppeditare.

§. 561.

An tutore invito, ætatis venia indulgeri queat?

Joannes Ernestus, Vinariensis, mortuo 1611. tutore suo, Christiano II. Electore Saxoniæ, ætatis veniam ambibat, anno æt. 17. Sed cum dissentiret Christiani II. successor, Joannes Georgius I. Elector tutelam continuavit, usque ad an. 1615. quo Joannes Ernestus, legitimam 21. annorum ætatem attigit.

Filii Philippi Caroli, Comitis in Hohenloe-Bartenstein, cum curatores accipere nollent, sequebatur conclusum judicii Imperialis Aulici, d. 28. Nov. 1730. hat das Begehren, ratione prætensæ majorennitatis, nicht statt.

Econtra Eucharius Casimir, Comes Lœwensteinensis, ætatis veniam 1690. impetravit, & in Camera Imperiali extraxit, contra agnatos dissentientes, mandatum, de eo admittendo, ad corregimen.

Cum Leopoldus Imperator 1693. Eberhardo Ludovico, Würtenbergico, ætatis veniam indulgeret, frustra protestabatur agnatus, ac tutor legitimus, ob jus, sibi ad administrationem quæsitum.

§. 568.

An ætatis venia donatus, fratrum tutelam suscipiat?

Haud forsan male distinguitur: inter tutorem legitimum & testamentarium. Legitimus ei, qui ætatis veniam impetravit, postgenitorum tutelam cedere omnino debet: testamentarius non item, ob fidem ejus speciatim electam, ni & hic ob defectum ætatis, quo legitimus laborabat, scriptus. Nam cessante illo defectu, cessabit tutela testamentaria. Confer monita ad §. 454.

Carolus

Carolus Eugenius, Dux Würtenbergicus, post impetratam ætatis veniam, fratrum postgenitorum tutelam gessit, licet nulla ejus rei mentio, in diplomate veniæ ætatis concessæ, occurreret. Imbecille est argumentum *Lauterbachii* in diss. de honorar. tutor. §. 17. ubi ita ratiocinatur: ut quis tutelam suscipere possit, necesse est, ut res ejus pleniſſimo jure hypothecari possint. Atqui hoc negatur de bonis immobilibus eorum, qui veniam ætatis impetrarunt, in L. 2. §. 1. L. 3. C. de his qui ven. æt. impetrarunt. Ergo tutores fratrum postgenitorum esse nequeunt. Sed falsum omnino est, Imperii Statum, post impetratam ætatis veniam, hypothecare non posse. Ipsa regiminis collatio, omnia complectitur, quæ ad illud peragendum sunt necessaria.

Comiti de Metternich, post concessam veniam ætatis à judicio Imperii Aulico, fratrum tutela commissa, vid. § 465. At Lœwensteinensi eandem negatam audivimus, ad 454.

§. 569.

Venia ætatis, ad certum actum

potest concedi, ceu diximus §. 551. Christiano IV. Daniæ Regi, ad Holsatiæ investituram recipiendam eam indultam: aliis ea concessa saltem, ad conventionem quandam ineundam. Imperator 1606. unionem hereditariam, inter Ludovicum Philippum & Fridericum, Hassiæ Landgravios, confirmaturus, addit clausulam: Denn Wir, da ichtwas viel, oder wenig, an Erfüllung ihrer vogtbaren Jahre und Alters, noch gefehlet haben solte, es wissentlich erfüllen, suppliren, ersetzen, und auf jetzt erwehnten Fall, veniam ætatis ertheilen.

§. 571.

Per veniam ætatis, anticipari potest terminus, à patre testamento positus.

Cum Eberhardus III. Dux Würtenbergicus, testamento dispositisset, ne filius ante annum ætatis 18. regimen capesseret: tutor agnatus, Fridericus Carolus, frustra inde volebat concludere, Imperatorem ætatis veniam citius indulgere non posse.

§. 572.

Filius, patris amentis, curator.

Cum Philippus, Comes in Ysenburg, animi imbecillitatem pateretur, Maximilianus I. Imperator 1518. filio ipsius ætatis veniam indulgebat, patria potestate eum solvebat, ipsique curam parentis committebat.

§. 573.

§. 573.

Cura dementis.

Principem, qui post delatam successionem, mentis deliquium patitur, eadem non esse privandum, certum satis existit. At difficilior est quæstio: num præteriri queat is, qui ante delatam successionem, jam furore fuit correptus? Nam & ibi subesse potest spes, sanam recuperandi mentem. Nihilosecius, ubi de habilitate ad successionem feudalem est quæstio, merito tempus, quo illa defertur, respicitur.

§. 576.

An demens, uxoris curæ committendus?

Monuimus, in cura Alberti Friderici, Borussorum Ducis, mentis imbecillitatem passi, nullam conjugis rationem fuisse habitam. In domo Bentheimensi, licet alias materna tutela obtineat, cum tamen Hermannus Fridericus, in mentis imbecillitatem incideret, & administratio alii esset committenda, conjuge exclusa, illa Electori Colonienſi, qua Episcopo Monasterienſi, deferebatur, ita tamen, ut ob lites, quæ Monasterienſi cum Bentheimensi intercedebant, Archivum, Comiti à Kaunitz committeretur. Ac licet mortuo Hermanno Friderico, vidua & frater, defuncti administrationem postularent, quoniam tamen inter se dissentiebant, illam continuavit Colonienſis, donec eam 1736. ob dictas lites deponeret. Atque tunc Trevirenſis administrator nominabatur, qui tamen hoc onus sponte declinabat. Quo facto, viduæ tutela, Episcopo Bimbergenſi & Herbipolitano autem, ditionis administratio, commissa. Cunctabatur tamen Colonienſis, nec prius administrationem deponebat, quam de absolutorio esset securus. Pertinet huc conclusum judicii Imperialis Aulici, de 27. Jan. 1739. Ist das von dem Herrn Churfürsten zu Cölln, unterthänigst gebethene Kayserl. formliche absolutorium, wegen Dero so Verdienst-voll als löblich geführten Kayserl. Landes-administration der Grafschafft Bentheim, vor ihre Person vollkommentl. hiemit eventualiter, und mit dem Anhang, allergnädigst erkannt, daß Ihro dasselbe so fort, auf eingelangten Bericht, der würcklich vollzogenen Administrations-Abänderung, und erstattete unterthänigste Schluß-Relation, ohne allen Verschub ausgefertiget werden solle.

§. 577.

Valida sunt à demente gesta, antequam pro tali declaratus.

Posteaquam mentis imbecillitate laborans, pro tali est declaratus, eique cura-

curator constitutus, nihil valide, sine hujus autoritate, peragit. Ea vero, quæ antea egit, ni sensum communem offendant, valida omnino censentur, quia dementia non præsumitur. Gustavus, Comes de Witgenstein, transegerat cum Electore Brandenburgico, super Comitatu Hohenstein. At nomine nepotum, ex fratre in Vallendar, horum tutores in Camera Imperiali accusabant Gustavi dementiam, petentes, ut curator ex officio ei constitueretur. Camera hanc curam committebat Principi Nassovio-Dillenburgensi, qui illud non modo ipsi Gustavo, sed & Electori Brandenburgico, hunc in finem denuntiabat, ut à contractu desisteretur, quoniam Gustavus, facultate contrahendi & alienandi destitueretur. At Cancelarius Brandenburgicus, qui Regimini Halberstadiensi præerat, mandabat Præfecto provinciali, (Lands-Hauptmann) ceterisque Officialibus Comitatus Hohenstein: Demnach sich jemand unterfangen wollte, die Grafschafft Hohenstein in Administration zu nehmen; Chur-Brandenburg aber dergleichen offenbare turbation, in seinem Eigenthum und Hoheit, niemand, wer der auch sey, jemahls werde gestatten können: als solten sie bey hoher Straffe, ausser Graf Gustaven, von niemand, er sey wer er wolle, unter was prætext es sey, Befehl, Anstalt, oder Verordnung annehmen, sondern sich mit Geboth und Verboth, einig wie bißher, an Chur-Brandenburg, als alleinigen Eigenthums-Herrn dieser Grafschafft, halten.

§. 579.

Restitui potest prodigus.

Ad meliorem frugem ubi redit is, cui, ob prodigalitatem, bonorum administratio erat ademta, restitui illa, judicis arbitrio potest. Quorsum pertinet conclusum judicii Imperialis Aulici, in causa Comitis de Rechberg, de 20. Aug. 1720.

1. Ponatur des Herrn Churfürsten zu Bayern und der Reichs-Ritterschafft in Schwaben, Orts am Kocher, Bericht ad acta, und wird nunmehr ihm G. F. J. v. R. die Administration seiner Güther hinwieder, jedoch folgender massen zuerkannt und erlaubt, daß ihm 1) zu deren Verpfänd- und Veräusserung alle Macht und Gewalt benommen, allenfalls dasjenige, was er dawieder vornehmen möchte, null und nichtig sey. 2) Er sich seinem eigenen gethanen theuern Versprechen zu folge, allen groß- und kleinen Spielens, gäntzlich enthalten, und daferne er sich 3) hinwiederum einlassen möchte, die etwa machende Spielschulden,

gegen niemand bezahlet, auf diesen Fall auch 4) die Administration ihm hinwieder, eo ipso, auf seine gantze Lebens-Zeit abgenommen, und weiter nichts, als was er zu sein- und der seinigen, Unterhalt, nöthig hat, verabfolget, und denn letztens 5) seinem eigenen Erbiethen gemäß, zu künfftiger Aussteurung seiner 2. Töchter, alljährlich 1000. fl. in die Ritter-Casse richtig deponiret werden sollen.

2. Et hoc notificetur, sowohl dem Herrn Chur-Fürsten in Bayern, als der Ritterschafft in Schwaben, Orts am Kocher, und zwar dieser letztern, mit dem Beyfügen, daß sie ihm G. v. R. die administration solcher Güther, wieder einraume, und die, Zeit ihrer Administration gepflogene Rechnungen, ausliefere: so dann hätte sie, Ritterschafft, dahin Auffsicht zu haben, damit gegen obiges, keines weges gehandelt, und insonderheit dem letzten 5ten Punct, richtig zugehalten werde.

§. 579.

Cura Principum, malè Rempublicam administrantium.

Nostra Memoria Carolo Leopoldo, Duci Mecklenburgo-Sverinensi & Wilhelmo Hiacintho, Principi Nassovio-Siegensi, ob male gestam administrationem, agnati proximi, administratores ab Imperatore constituti. At Capitulatione Caroli VII. art. 1. cautum, ne id in posterum à solo Imperatore peragatur, quare casu eveniente, res ad Comitia Imperii erit deferenda.

§. 581.

Exemplum curatoris, quem ipse amens & infirmus, sibi elegerat.

Ulricus, Comes Oettingensis, 1473. Ludovicum & Georgium, Bavariæ Duces, sibi, & uxori Barbaræ, & liberis suis, Joachimo, Annæ & Margarethæ, curatores, ipsosque ad 20. annos Comitatus, & bonorum suorum administratores, constituit, his verbis: Nachdem Wir nun mit Blödigkeit und Kranckheit Unsers Leibes täglich beladen, Unser lieb Gemahl ein Gast in diesem Lande ist, auch Unsre Kind noch unerzogen: und die Läufft, so sich täglich begeben, fast schwer und seltsam: deshalben Wir, Unser Gemahl und Kinder, Schutz und Schirm wohl nothdürfftig sind: darum so haben Wir nach zeitigem Rath, aus rechtem Wissen, auch mit gutem Willen, der genanten Unser Gemahlin, die obgenannt Unsre gnädige Herrn, Hertzog Ludewigen und Hertzog Georgen, die

Uns

Uns denn mit Ihren Landen und Leuthen, fast wohl gesessen und gelegen sind, zu Unsern, Unserer Gemahlin, Unserer obgenanten Kinder, die Wir beyde jetzt haben, und auch hernachmahls überkommen würden, Gerhaben und Vormunder, auch zu Regier- und Administratorn und Verweser, Unser nächstgemelter aller, und Unser jeden Person, und dazu über Unser gantze Grafschafft und Herrschafft, ꝛc. 20. Jahr, nach dato dieses Brieffs, nächstfolgend, fürgenommen und erwehlet, ꝛc. Wir mehr genannt Graf Ulrich, auch Unser Gemahl, und die obgemelt Unsre Kinder, sollen und wollen auch in den vorgenannten 20. Jahren, nicht Macht haben, die vorgenannten Schloß, Stätt und Klöster, eines oder mehr, ohne der offtgenannten, Unserer gnädigen Herrn, Wissen und Willen, zu verkauffen, zu verkümmern, zu versetzen, noch zu verändern, noch die sonst niemand zu öffnen, Lehn zu machen, oder in einige Weg zu verpflichten, und dazu keines andern Fürsten, Grafen, Herrn, noch Reichs-Stadt, Rath, oder Diener, zu werden.

§. 582.

Clericus Clerici Pro-Vasallus.

Singulare plane erat privilegium, quo 1360. Carolus IV. Imperator, Rudolpho de Lœwenstein, Canonico Herbipolensi, indulsit, ut fratri, sine heredibus defuncto, in Comitatum Lœwenstein succedere possit, dato *procuratore*, *Episcopo Herbipolensi*. Wir Carl bekennen ꝛc. daß Wir angesehen haben, die steten getreue Dienste, die Uns und dem Reich, der Erbar Rudolff von Loewenstein, Chorherr zu Würtzburg, Unser lieber Andächtiger, mit seinen Eltern und Freunden, offt nützlich gethan hat, und fürbaß thun will und mag, in künfftigen Zeiten: Und thun ihm die Gnad, mit Kayserl. Macht, und mit rechtem Wissen: Wäre das Sache, daß der edle Albrecht, Graf zu Loewenstein, sein Bruder, ohne Manns-Erben abgienge, daß denn die Herrschafft von Loewenstein, und was derselbe Albrecht, von Uns, und dem Reich, zu Lehn hat, an den ehgenanten Rudolff, ohn alles Hinderniß gefallen soll. Und wenn er ein geistlicher Mann und geweyhet ist, und solcher Lehn nicht behalten mag, so geben Wir ihm einen Lehnträger, den ehrwürdigen Albrecht, Bischoff zu Würtzburg, Unsern lieben Fürsten und andächtigen, und seine Nachkommen, Bischöffe zu Würtzburg, die in zeiten werden, daß sie ihm die ehgenannte Lehn, sein Lebtage, als Vormunde getreulich tragen sollen, auch in solcher Bescheidenheit, wenn er abgehet, und stirbet, daß denn dieselbe Lehn wieder an Uns, und das Reich, schlechtiglich gefallen.

Wäre aber, daß derselbe Rudolff, Leye würde, und die ehgenannte Lehn an ihn verfielen, als davor begriffen ist, und er Leibes-Manns-Erben gewinne, so sollen solche Lehn an dieselbe, seine Manns-Erben, nach Lehn-Recht gefallen, und sie erben.

§. 583.

Fœminarum feudogeruli.

In Aurea Bulla de 1549. qua Carolus V. Imperator, successionem in statum Mediolani Comitatus, Papiæ & Angleriæ, determinat, hanc legem adjicit: ut quicunque in dicto Ducatu & statu Mediolani, Comitatibusque Papiæ & Angleriæ, successerit, sive masculus, sive fœmina, fuerit, quod is, vel illa, eosdem Ducatum & Comitatus, à nobis, & successoribus nostris, Romanorum Imperatoribus & Regibus, masculi quidem per se, fœminæ vero, mediante persona legitimi procuratoris, aut *feudogeruli*, ad gerendum & deserviendum feudum apti, & idonei, in feudum recognoscere, investituram, quoties casus postulaverit, petere, & debitum fidelitatis & homagii juramentum, præstare teneatur.

§. 587.

Principes Imperii, solius voluptatis causa absentes, redire ab Imperatore jubentur.

A Consilio Imperii Aulico 1707. d. 5. Apr. Comes Schaumburgo-Lippiacus, monebatur: sich so bald nur möglich in sein Land zu begeben, und denen ihm obliegenden Regierungs- und andern Geschäfften, fleißig abzuwarten.

§. 596. sq.

De Cura fœminarum

conf. *Heinec.* Antiq. Rom. L. 1. T. 15. § 24. De fœminarum Germanicarum antiqua cura. vid. Sächß. Land-R. L. 1. art. 31. & 45. Schwäb. Land-R. c. 259.

§. 602.

Fœmina testatrix, Hamburgi curatore eget.

Vi Statutorum Hamburgensium, fœmina, sine curatore, non valide testatur. Quod tamen fœminis illustribus, ibi testamenta condentibus, haud applicandum.

§. 608.

Jam medio ævo, fœminæ adhibuere curatores.

Obſervat quidem *Heineccius*, in Elem. Jur. Germ. L. 1. T. 15. §. 357. vocem *Tuto*, in Diplomatibus antiquis non deſignare tutorem, ſed nomen proprium, Alemannis ſatis familiare, ceu patet ex catalago veterum nominum propriorum, edito à *Goldaſto*, Scriptor. rer. Alem. Tom. 2. p. 109. Interim ipſe Heineccius adducit alia diplomata, quæ mulierum tutelæ mentionem faciunt. Mundwaldus Gundæ, qui eam fœminam Siſenando deſpondit, occurrit apud *Mabillon* de re diplom. L. 6. n. 4. Hilla cum ſuo electo mundiburdo & ſibi judicialiter dato, ap. *Frid. de Sande*, de effeſtucatione c. 2. Apud *Goldaſt*. Scriptor. rer. Alem. T. 2. pag. 26. 27. Engeltruda & Wolaliub manumittunt ſervos, illa cum Richildo, advocato ſuo, hæc cum manu advocati ſui, Engelboldi.

§. 622.

Jus Capitis familiæ.

Oritur ex communione, à qua per diviſionem non penitus diſceſſum. Unde ſequitur ceſſare jus capitis familiæ, ubi omnia ita ſunt diviſa, ut nihil indiviſum remanſerit. Hinc quia domus Holſato-Gottorpienſis, jam ultra Seculum, a Regia, plene eſt ſeparata, negat illa, competere Regi in Gottorpienſes jus capitis familiæ. Econtra, ubi in gente quadam, quædam jura, toti genti communia, ſunt reſervata, at inter lineas, diviſio ita peracta, ut quævis linea, iterum quædam retinuerit in communione, fieri poteſt, ut plura, diverſo reſpectu, dentur familiæ capita. Sic in Saxonia, Elector ex jure primogenituræ, eſt caput familiæ, utriusque lineæ, tam Albertinæ, quam Erneſtinæ: econtra in linea Erneſtina, ætate ſenior, habetur caput familiæ, quoad res & cauſas, ab hac ſola linea, in communione retentas. Quare ibi alius poteſt eſſe primogenitus, alius ſenior, & familiæ caput. Quare ibi alius poteſt eſſe primogenitus, alius ſenior, & familiæ caput. Eodem reſpectu, nonniſi unum poteſt eſſe caput familiæ, utut plures primogeniti, in pluribus lineis, adeſſe poſſint. Errant quoque, qui cum *Ludolfo* exiſtimant, ſolos paragiatos & apanagiatos, agnoſcere familiæ caput. Ipſi regentes, ut Marchiones Brandenburgici & Principes Hohenzollerani, Boruſſiæ Regem caput familiæ venerantur. Pactum Brandenburgico-Hohenzolleranum de 1707. caput familiæ diſtinguit à capite lineæ.

§. 622.

An penes Apanagiatum potest esse Senioratus, seu jus Capitis fam.?

Quæstio est ambigua & ab æquivocatione prius liberanda. Senioratus & jus capitis familiæ, non semper redeunt ad idem. Possunt seniori prærogativæ & emolumenta quædam competere, & nihilominus jus capitis familiæ, esse penes primogenitum. *

* Fridericus, Dux Saxo-Gothanus, 1685. primogenituræ jus stabiliens, nihilominus reservat jus Senioratus, quoties ordo quemque tetigerit. Joannes Georgius I. Isenacensis, eodem anno 1685. disponit: Das Seniorat, soll durch das primogenitur-Werck nicht gäntzlich aufgehoben seyn, sondern so offt in Unserm Fürstlichen Hause einer von den postgenitis, der Natur nach, Senior würde, soll der primogenitus, oder regierender Herr, dieser Unsrer Linie, das Amt des Senioris führen, und des Senioris natura angefallenes Recht vertretten, es sey denn, daß der regierende Herr noch minorennis, welchenfalls, der senior natura, zur Vormundschafftlichen Administration, ob er gleich sonst als remotior, oder durch testamentliche Vormundschafftliche Verordnung ausgeschlossen, mitgelassen, und von ihm das dem Seniorat anhangige directorium, biß zu erlangter Majorennität des regierenden Herrn, führen. Das Amt Oldesleben aber, oder was dieses directorii halber verordnet seyn möchte, dem primogenito zugeeignet: hingegen dem ältesten, oder seniori natura, so lange derselbe lebt, vom primogenito jährlich 1000. Thlr. gereichet werden.

Jus capitis familiæ, definiunt plerique, ut *Schilterus*, *Kemmerichius*, &c. per directorium rerum & causarum, in communione relictarum. At *Moserus* in seinem Teutschen Staats-Recht, Tom. XXII. p. 449. rejicit hanc definitionem, ac intelligit per jus capitis familiæ, regimen primarium. Directorium rerum communium, ætate seniori potest relinqui, & tamen regimen esse, penes primogenitos, cujusque lineæ, inter quos is, qui primarium regimen habet, vocatur caput familiæ: Haupt des Hauses. Jam si de Apanagiato quæritur:

tur: num penes eum esse possint prærogativæ & emolumenta, Senio annexa? affirmative respondendum, NB. si illæ prærogativæ, saltem non supponunt regimen. Sic Apanagiatus potest recipere investituram simultaneam, convocare familiæ conventus, præsidium ibidem gerere, expeditiones curare. At si de prærogativis est quæstio, quæ supponunt regimen, e.c. ferre votum in comitiis, gerere directorium circulare: tunc quæstio: num talia jura possint competere Apanagiato? mihi videtur Domitiana. Eo ipso enim, dum ei talia tribuuntur jura, ipsa committitur regiminis quædam particula, adeoque tunc eatenus desinit esse Apanagiatus & de ipso participat regimine. At posse Apanagiato talia committi jura, quæ regimen quoddam involvunt & sine Cancellaria expediri nequeunt, discimus exemplo Anhaltino-Servestano, ubi pacto, ab Imperatore confirmato, Apanagiato seniori talia jura sunt relicta, cui tunc, ad eadem expedienda, à Principe regente, Consiliarii solent adjungi: Gesamt- oder Seniorats-Räthe. Conf. *Jo. Aug. de Berger* discussio quæstionis: utrum Apanagiatus, juris seniorātus sit capax? quæ reperitur in ipsius jure Apanagiali, p. 124. it. Actenmäßige deduction, daß im Fürstlichen Hause Anhalt, ein apanagirter Printz zum Seniorat, und dem anklebenden Oberdirectorio, unberechtiget, und nicht fähig, ibid. p. 137.

§. 622.

Bünauiorum conventiones gentilitiæ.

Samuel Fridericus Willenberg, de jure ultimi suæ gentis, c. 5. §. 168. memorat conventionem gentilitiam, inter nobiles de Bünau conditam, 1517. & renovatam 1650. & 1708. Per eam familiæ membra obligantur, ut certo anni die conveniant, de conservanda inter se amicitia & concordia, consultent, à læsione, aliorum suæ gentis, abstineant, de alia ducenda uxore, quam quæ ex antiquo genere est, non cogitent, secus autem facientes puniantur, ut juxta hanc conventionalem pœnam judicatum videas apud *Lyncker*, rer. in dicast. Jenens. decisarum, P. 3. Dec. 1018. ne sub gravi mulcta & denegatione insignium, concubinatum affectent, ne fidejubeant pro alio, ultra 300. Imperialium summam, exceptis patre, filio & domino feudi, pro quibus in majorem summam spondere possunt: ut filii alicujus ex familia, non alio prænomine, quam Henrici, Güntheri & Rudolphi, baptizentur: ut ex familia illa, qui conventionali huic legi subscribere recusat, ad nulla reliquorum auxilia, vel beneficia, admittatur.

§. 624.

§. 624.

Præcedentia capitis familiæ.

Cum 1708. ad componendas controverſias quasdam, in familia Palatina ortas, conventus Francofurti habendus proponeretur, exitum ille haud cepit, quoniam Sveciæ Rex, ex Regia ſua dignitate, Palatinus autem Elector, qua familiæ caput, præcedentiam prætendebat.

§. 625.

Capiti familiæ, qua tali, nulla competit jurisdictio.

Monuimus ad §. 425. Imperatorem ægre tuliſſe, quod Dux Holſato-Plœnenſis agnoverit jurisdictionem Daniæ Regis, qua capitis familiæ.

§. 627.

Conſenſus capitis familiæ in nuptias Apanagiatorum.

Gribnerus putat, Apanagiatis incumbere neceſſitatem, expetendi conſenſum capitis familiæ, in nuptias ſuarum filiarum, & capiti familiæ jus competere, pro iis conficiendi pacta dotalia. At refragatur ratio pariter, ac praxis.

TOMUS IV.

De

Reali Principum Jure.

§. 1.

Servi an ſint perſonæ?

Diſtinguit L. 32. Dig. de Reg. jur. inter ſtatum naturalem & civilem. Hoc, ſervi habentur pro nullis: non illo. Et titulus: per quas perſonas nobis acquiritur, ſervos perſonarum numero comprehendit.

§. 4.

De vigiliis & excubiis.

Quæſtio: an ſubditi indiſtincte, in Palatio domini excubias agere, teneantur? agitata in cauſa Pappenheim contra Elgau, ubi negative pronuntiarunt Camerales. Vid. *Treiber.* de jure palatior. th. 13. §. 5.

§. 12.

Fahrniß.

Vox: Fahrniß, ſuppellectilem denotat, & ſub rebus mobilibus comprehenditur, ut ſpecies ſub genere.

§. 16.

Purpura.

Privatos purpura primus prohibuit C. Julius Cæſar ap. *Sveton.* c. 43. ita tamen, ut certis perſonis & ætatibus, & per certos dies, eam permitteret. At Nero, teſte eodem c. 32. mulieribus quoque, quarum vanitati anceceſſores indulſerant, Amethyſtini & Tyrii coloris uſum ademit.

§. 21.

Limitatus carpentorum uſus.

Eodem cum Auguſto vehiculo uti, priſcis temporibus nulli, niſi qui ad conſortium Imperii evectus eſſet, permittebatur, teſte Ammian. Marcellin. L. 15. c. 21.

Osnabrugensis legatus, investituram Viennæ 1729. recepturus, commodato acceperat carpentum Cardinalis Kollonitschii, fiochiis ornatum, quæ tamen ornamenta, supremi Aulæ Mareschalli jussu, ipsi ante introitum auferebantur.

§. 21.

Mobilia perpetuis usibus destinata, censentur immobilia.

An & tormenta in munimentis? Resp. Affirm. si perpetuo usui sunt destinata, non autem si extra ordinem, periculo emergente, majoris defensionis causa, sunt adducta. Ubi tamen separatio feudi ab allodio instituenda, res mobiles, utut perpetuo usui destinatæ, heredi allodiali cedunt, quia sola Vasalli destinatio, sine domini investitura, rem feudalem efficere nequit. Conf. §. 148.

§. 26.

Differunt res & patrimonium universitatis.

Res universitatis vocantur, quatenus singuli ad promiscuum & communem usum admittuntur. At *patrimonium* universitatis, dicuntur res, quæ ad universitatem pertinent ita, ut usus non pateat singulis, sed per præfectos administrentur: durch die Cammerey.

§. 32.

Domania, à rebus Cameralibus distincta.

Nonnulli discrimen domaniorum, à rebus cameralibus, in eo quærunt, quod dominia à populo sint assignata, ad ferenda onera publica, & proinde ad eorum alienationem, populi consensus requiratur. Atque hoc sensu admisso, nulla, in regno patrimoniali, dantur domania, nisi solum jus regendi sit in patrimonio, non ipsum ditionum dominium. Econtra cameralia bona volunt esse, quæ vel à majoribus, ex allodio, usibus cameralibus sunt destinata, vel ab Imperio, in feudum concessa, adeo ut ad eorum alienationem, subditorum consensus plane non requiratur, sed tantum membrorum familiæ & domini directi. Bene se hæc haberent, ubi constit de prima talium bonorum destinatione & origine. Sed quid in dubio erit pronuntiandum? Quid si majores prædia domanio destinaverint? Num & tunc quoque consensus Procerum, in ipsorum alienatione, insuper habendus? aut eadem revocandi facultas deneganda? Imo etiamsi investitura Imperialis accesserit, alias autem constat, rem talem feudalem in domaniorum esse numero: numne sola investitura efficiet, ut Procerum consensus, in alienatione juste spernatur? Dummodo de destinatione constet, aut de tempo-

re

re immemoriali, quo res ſuſtentationi Principis inſerviit, domaniî qualitas certa ſatis videtur, licet ceteroquin deſtinatio, à quodam ex majoribus, fuerit facta, aut inveſtitura Imperialis acceſſerit.

§. 33.

Germani antiquiſſimis temporibus habuerunt domania.

Carolus M. in Saxonia decimas, ſuæ menſæ reſervavit. *Gryphiander* de Weichbild. c. 30. n. 13. Tres illæ ſylvæ, banno ferino Regali munitæ, quarum meminit Jus prov. Sax. L. 2. art. 61. omnia habuerunt domanii requiſita, vera fuere domania Saxoniæ, quæ primis ſtatim temporibus Imperio Germanico acceſſit. *Ludewig* in differentiis juris feudalis communis atque Luſatici, diff. 24. diploma adducit Henrici Leonis, quo *reditus menſæ ſuæ* Clero donat. Hodienum, é domanio Saxonico filias elocari, obſervavimus §. 572. licet ipſam domanii vocem, nec priſca adhibuerint, nec recentiora tempora. In cenſum bonorum domanialium, etiam venit quarta illa pars ſalinarum Halenſium, quæ pro Cameræ, ac menſæ Archiepiſcopalis, nunc Ducalis, item arcis Morizburg, conſervatione, re ſic 1579. transacta, ex fontibus ſalinariis hauriuntur, cujus conductores dicuntur Gnaden-Pfänner. Vid. *Rœſener* von Tafel-Güthern, c. 4. n. 17. Pace Weſtphalica art. XI. §. 1. & 9. Electori Brandenburgico, quarta pars Canonicatuum Magdeburgicorum, & Halberſtadienſium extingui, eorumque reditus menſæ, ſeu Cameræ incorporari, permittitur. Ubi domania ſufficientia non adſunt, ſubditi hunc defectum collectis ſupplere tenentur, quorſum ſpectat die Cammer-Hülffe.

§. 33.

Domania vetera & nova.

Diſtinctio domaniorum in vetera & nova, ſeu originaria & incorporata, tolerari quidem poteſt. Ubi vero rerum domanialium Scriptores, *Choppinus*, *Seidelius*, & *Rœſenerus*, domania vetera vocant profectitia, nova vero adventitia, cavendum, ne inde arripiatur anſa, transferendi jura peculii profectitii & adventitii, ad domania, quod valde foret incongruum.

§. 34.

Chatoul, Domainen, Landſchaffts-Caſſa.

Difficillimæ ſæpe oriuntur controverſiæ, quænam bona privato Principis patrimonio, quæ domaniis, quæ denique bonis fiſcalibus, accenſeri debeant?

item quinam ſumtus ex hoc, illove ærario, deſumi debeant? Ratio difficultatis, potiſſimum quærenda eſt, in mutato rerum ſtatu. Priſcis temporibus, Germaniæ Principibus certi reditus, ſeu bona Cameralia, erant aſſignata, unde non modo aula & menſa eorum inſtruebatur, ſed & publicæ adminiſtrationis ſumtus deſumebantur, R. I. 1512. §. 26. & ubi ad bellum erat proficiſcendum, ſubditi & Vaſalli ſuis ſumtibus, res expeditorias comparabant, dominumque ſequebantur. Poſtea cum ad expeditiones Romanas, & ſuſtentationem judicii Cameralis, majores ſumtus requirerentur, publica lege Principibus indultum, hoc nomine ſubditos collectare, R. I. 1543. §. 19. 24. Mutato etiam bellandi modo, & orta militia mercenaria, Principes majora adhuc ſubſidia ab Ordinibus provincialibus petierunt, qui illa ob imminens periculum, ex libera voluntate conferunt, adeo ut ſi nimia poſtulari videantur, querelis deſuper, ad ſumma Imperii tribunalia delatis, hæc dijudicent, num & quænam collectæ neceſſariæ ſint, nec ne? In dubio pro ſubditorum & Ordinum provincialium immunitate pronuntiari, obſervamus. Exemplum Naſſovio-Siegenſe adduximus Tom. 1. §. 451. Atque hinc orta ſunt æraria provincialia, de quibus in Capitulationibus Cæſareis, Joſephina, art. 3. & Caroli VI. art. 15. cavetur, ne eorum cura ſolis Ordinibus, cum excluſione dominorum territorialium, permittatur.

§. 34.

Arca communis.

Quibus permiſſum eſt corpus habere collegii, vel ſocietatis, ad exemplum Reipublicæ, arcam communem habere, permittitur L. 1. §. 1. Dig. quod cujusque univerſitatis nomine.

§. 35.

Domanii alienatio.

Heineccius ad Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 6. §. 11. ita rationes ſubducit: Princeps poſſidet bona triplicia. Alia enim pertinent ad patrimonium, Chatoul-Gelder: alia ad fiſcum, domainen: alia ad ærarium, quod ſuſtinendis Reipublicæ oneribus inſervit. In patrimonio, Princeps eſt dominus, in fiſco, uſufructuarius, in ærario, nudus adminiſtrator. Patrimonium alienare poteſt, domanium & quæ ad ærarium pertinent, non poteſt. Hactenus bene. Dum autem pergit Heineccius, & ait: populum de ærario poſſe diſponere, in quo tanto plus juris habeat populus, quanto minus Princeps habet: vix merebitur aſſenſum. Largior, poſſe ſummam poteſtatem inter Principem & populum ita dividi, ut

huic

huic de ærario disponendi facultas, Principe excluso, reservetur. Nullum tamen hactenus, ejusmodi legis fundamentalis, innotuit exemplum. Regulariter autem, in Principem omnis potestas, ita censetur collata, ut populus sine Principe, nihil valide agat.

§. 46.

Possessio & facti est & juris.

Id quod dicitur, possessionem facti esse, saltem de possessione acquirenda, verum est, seu quatenus possessio est in fieri. Quatenus vero jam constituta & in esse reducta est, utique jus quoddam possessori tribuit, unde dicitur *jus* possessionis, in L. 44. Dig. de acqvir. possess. L. 2. §. 38. Dig. ne quid in loco publico.

§. 50.

An dominium ab imagine DEI arcendum?

Opinioni, quæ primam dominii originem peccaminosam contendit, & diametro contraria est illa, quæ dominium pro *titulo gratiæ* vendicat, & dominium fundari perhibet in imagine Dei, quam qui non habet, aut perdidit, nec dominii esse capacem, sed potius peccatores, in mortali peccato viventes, dominium in nulla re habere, eosque, dum committunt crimen læsæ Majestatis divinæ, eo ipso dominii amissionem mereri. Waldensium, & *Joannis Wiclefi*, hæc fuisse perhibetur sententia; item *Armacani*, quem contra disputat *Cornifix Rosencranz* in Jure Danico, pos. I. recte regerens: si in perfecta Dei imagine, dominii fundamentum esset quærendum, omnes omnino homines, dominio carere, quia omnes perfecta illa imagine exuti. Quare jam dum in Concilio Constantiensi, explosa est hæc sententia, & contraria supposita thesis: peccatum mortale non impedire dominium civile, & verum dominium. Sed nec naturale quidem dominium. Sed nec naturale quidem dominium, per peccatum mortale amittitur. Nam & peccator, ad se conservandum obligatur, & proinde dominii, quatenus est medium se conservandi, omnino est capax. Ceterum hujus, in concilio Constantiensi stabilitæ theseos, immemor fuisse videtur Pontifex, dum novum Orbem, ab infidelibus possessum, Hispanis dono dedit. Conf. Tom. 6. §. 461.

§. 60.

Jus venti.

Principes jus venti, intra tractum ſuum, ſibi vindicaſſe, ex *Anton. Matthæi* notis ad Chron. Egmond. c. 68. & *Schrevelii* Harlemo, L. 4. p. 181. docet *Heinec.* Elem. jur. Germ. L. 2. T. 1. §. 7. qui & §. 23. huc trahit jus concedendi uſum venti, in molis pneumaticis.

§. 73.

Corſica occupata.

Exemplum memorabile occupationis originariæ, præbet inventio Corſicæ inſulæ, de qua *Iſidorus* Originum, L. 14. c. 16. ſequentia memoriæ prodidit: Corſicæ inſulæ exordium, incolæ Ligures dederunt, appellantes eam ex nomine Ducis. Nam quædam Corſa, nomine Ligur, mulier, cum taurum ex grege, quem prope littora regebat, transnatare ſolitum, atque per intervalla, corpore aucto, remeare videret, cupiens ſcire incognita ſibi pabula, taurum, à ceteris digredientem, usque ad inſulam, navigio proſecuta eſt. Cujus regreſſu, inſulæ fertilitatem cognoſcentes Ligures, ratibus ibi profecti ſunt, eamque nomine mulieris, auctoris & Ducis, appellaverunt.

Indiarum inventionem, ad occupationem originariam referre, non audeo, quia jam dum incolas habebant, poſtea partim trucidatos, partim ſubactos, quo quidem jure? hujus non eſt disquiſitionis.

§. 85.

Libera venatio.

Textum Juris Prov. Sax. L. 2. art. 61. daß niemand ſeinen Leib oder Geſund, an Fiſchen, Vögeln und wilden Thieren, verwircken möge, & Jur. Prov. Svev. c. 352. eo detorquet *Heineccius* in Elem. jur. Germ. L. 2. T. 3. §. 52. ac ſi ferarum fures non ab omni, ſed ſola pœna corporis afflictiva, fuerint immunes. Imo Sec. XII. medio, virum quendam, propter furtivam venationem, patibulo adjudicatum, probat ex *Ludewig* Reliq. MSC. Tom. 6. p. 51. Sed capitale ſupplicium ideo dictari potuit, quia furtiva venatio in banno ferino, im Königs-Forſt, peracta.

Peculiaribus ſcriptis liberam venationem propugnarunt *C. L. Bilderbeck*, Syndicus Statuum provincialium Brunſvicenſium, in der gründlichen Deduction gegen die vermeintliche Regalität der Jagden, Zell. 1723. & 1741. fol. ubi nobi-

nobilitati venationum jura, contra fiſcum Brunſvicenſem, vindicat: & *David Georg. Struben*, Conſiliarius intimus Hannoveranus, in Vindiciis juris venandi Nobilitatis Germanicæ, 1739. editis, ubi perſtringit ſubjunctum, in appendice, Reſponſum Facultatis Juridicæ Marpurgenſis de 1738. in Sachen der verwitweten Frey-Frau von Wobersnau, contra die Chur-Cölln Stiffts Hildesheimiſche Aemter, Steuerwald und Woldenberg, quod reſponſum auctorem agnoſcit *Joannem Ulricum Cramerum*, qui & oppoſuit vindicias Regalis juris venandi, Marpurg. 1740. 4. Similiter Regalibus, in dubio, venationem eſſe annumerandam, ab eaque ſubditos excludendos, vult *Lubbe*, JCtus Zellenſis, in der gründlichen Bewehrung des Sr. Königl. Maj. von Groß-Brittannien im Hertzogthum Lüneburg zuſtehenden Jagd-Regals, 1731. fol. & *Joannes Adam ab Ickſtædt*, cujus tres extant diſſertationes de eo, quod jure naturali circa venationes juris, de eo quod jure publico univerſali & particulari I. R. G. circa venationes juris, de poſſeſſione vel quaſi Regalium, & in ſpecie juris venandi, ſubditum, adverſus territorii dominum, parum relevante, Wirceburg. 1736. 1737. & 1738. qnæ conjunctim Germanice verſæ per *D. Klett*, editæ ſub tit. Abhandlung von Jagd-Rechten, Nürnberg 1749. 4.

§. 89.

Venationum jura praxis reſtringit.

Hodie in Regalibus, ſtricta prævalet interpretatio, & in dubio, venationem ſimpliciter conceſſa, venatores ſaltem illam ferarum minorum, intelligi volunt. Conf. *Berger* l. c. *Stryck.* præfat. ad *Fritſchii* Corpus juris Venatorio-foreſtalis, & in Uſ. Mod. Pand. L. 41. tit. 1. §. 5.

§. 95.

Clerici venationibus inveſtiti.

Otto Rex A. C. 1198. Witekindo, Abbati Corbejenſi, feudum foreſtii quod Soligo dicitur, tradidit eo tenore, ut in eo uſum venandi habeat, & jus, quod vulgariter: Wildbann appellatur, ſine ulla contradictione exerceat, teſtib. *Annal. Paderborn.* ad. dict. an.

Imperator Conradus 1209. Epiſcopo Mindenſi quandam ſylvam foreſtarii conceſſit, & banni Imperialis diſtrictu, circumvallavit, apud *Goldaſt.* Tom. 3. Conſtit. Imp. p. 312. *Chron. Mindenſ.* p. 730.

§. 107.

Partus ſervilis.

Si pater pariter, ac mater, ejusdem ſunt domini, ſine dubio partus ejus erit, tanquam fructus naturalis, utut non deſint, qui naturaliter, omnem hominem liberum naſci, contendant. Vid. *Heinec.* ad Grot. L. 2. c. 5. §. 29. At ſi pater ad alium, quam mater, pertinet dominum, res videtur dubia. Veteres Germani, *patris* domino, partum adjudicabant. Vid. Jus Prov. Sax. L. 3. art. 73. at poſtquam jus Romanum innotuit, maluerunt, partum ſequi *ventrem.* Weichbild. art. 3. Aequiſſimi videntur, qui alternis vicibus, unum partum, patris domino, alterum, illi matris, attribuerunt, qualia exempla adduxi Tom. 2. §. 249.

§. 122.

Flumen in dominio eſt, in quantum occupatum.

Occupatio eſt facti, nec præſumitur. Unde flumen in dubio, non occupatum, aut in dominio, ſed nullius eſſe, præſumitur. Occupatur vero nunc totum, nunc pro parte. Viſurgis ditiones Oldenburgicas & Friſiæ Orientalis dividit, & tamen tota eſt Oldenburgica. Flumen Vidaſſo, ſeu Bidaſſon, econtra, Galliam & Hiſpaniam dividit, & utrinque, pro parte dimidia, occupatum, adeo ut inſula phaſianorum, quæ in medio exiſtit, pro parte dimidia ſit Hiſpanica, pro altera Gallica. Quam ob rem ad pacem Pyrænæam, inter utramque gentem conciliandam, in hac inſula conventus ſunt inſtituti, in eaque ſponſæ Hiſpanicæ & Gallicæ ſæpius traditæ.

§. 125.

Novus alveus publicus eſt:

Adeo, ut priſtinus dominus, ne quidem piſcationem prætendere poſſit, in agro ſuo inundato: *Heinec.* in Dictatis ad Inſtit. §. 359.

§. 140.

Meliorationes Principatui cedunt.

Ita in cauſa Palatina, à congregatione Pontificis, in quem erat compromiſſum, pro ſucceſſore Electore, contra Duciſſam Aurelianenſem, meliorationes prætendentem, d. 17. Febr. 1702. deciſum.

§. 141.

§. 141.

Pactum de meliorationibus non repetendis.

Capitulatione Abbatissæ Gandersheimensis, de 1612. cavetur: Was von den Einkünfften der Präbenden, und von der Abtey Auffkünfften, an Schulden abgelegt, oder nützlich verbauet, und womit nach der Zeit, durch GOttes Hülffe, die Abtey an unbeweglichen Dingen verbessert seyn wird, dasselbe soll auf tödtlichen Abgang, oder andern Abstand, viel Hochermelter Fürstin, Freul. Hedwigs, von Ihr Lbden und Fürstl. Gn. oder deren Testamentarien, und Erben, nicht wiedergefodert, sondern bey dem Stifft gelassen werden und bleiben. Similiter Episcopus Lubecensis, recens creatus, promittere solet, die ihm sub inventario überlassene Mobilien, in verbessertem Zustand, seinem successori zu hinterlassen.

Econtra pactum Ernesti Augusti, Episcopi Osnabrugensis, cum capitulo 1662. initum, disponit: Alles und jedes, was Sr. Fürstl. Durchl. und verstandne, Dero alternirende Successores, an Geld, Silber, Kleinodien, Mobilien, Geräth, Vieh und Vorrath, und allen andern, mit ins Stifft gebracht, oder Zeit währender Regierung, dazu erkaufft, verfertigen lassen, soll ohne einige Ansprach, Prætension und Sperrung, zu freyem, ungehinderten Gebrauch, Disposition, auch Ab- und Wegführung, allerdings unweigerlich verbleiben und gelassen, und nur allein dasjenige, was in vorgeregtem inventario enthalten, von den Bischöflichen Erben, dem Dom-Capitel hinwieder geliefert werden.

§. 146.

Tacita incorporatio.

Tacitam incorporationem, solius anni lapsu fieri, putat *Bartolus* ad L. 4. C. de bon. vacant. decennium in Gallia requiri, tradit *Choppin.* de doman. L. 1. T. 1. n. 12. alii 30. annos requirunt, juxta cap. 8. X. de reb. eccles. alienand.

§. 148.

Pertinentiæ castri.

Tormenta bellica in dubio, pro pertinentiis castri non haberi, & cedere heredibus allodialibus, denen Land-Erben, docet *Berger* Oecon. Jur. L. 2. T. 1. §. 7. in fin.

§. 153.

Incorporatio temporalis.

Ad tempus certum fieri poſſe incorporationem, diſcimus exemplo Abbatiæ Steinenſis, quam Gregorius XIII. Papa incorporavit Abbatiæ Petershuſanæ, ad vitæ dies Abbatis Andreæ. Anno 1584. incorporatio hæc, prorogabatur ad 20. annos, ab obitu Andreæ, computandos. Tandem Clemens Papa 1597. hanc incorporationem reddidit perpetuam.

§. 155.

Derelicta cedunt occupanti.

Singuli cives, ubi in Republica bona immobilia deſerunt, ac derelinquunt, verior eorum eſt ſententia, qui citra præviam legem, talia bona occupanti cedere, aſſerunt. At ubi lex prævia, bona vacantia fiſco addicit, hic talia bona pro lubitu capit, vendit, aut ſub annui cenſus lege, vel decimarum reſervatione, aliis concedit. Quorſum intelligo id, quod ex *Strabone* memorat *Toloſanus*, de Republ. L. 9. c. 1. §. 25. fin. Imperatores Romanos, olim conſtituiſſe magiſtratum, qui per Ægyptum inquireret, num bona eſſent aliqua vacantia, poſſeſſiones deſertæ, hereditates ſine herede, aut alia ſine domino, ut eadem domanio, ſeu dominio Cæſarum, incorporaret.

§. 161.

Bona naufragorum non derelinquuntur.

Eraſmus de Inſtit. Principis Chriſtiani, p. 178. At hodie, ſcribit, quibusdam in locis, quicquid, quocunque modo, perit in mari, id veluti ſuum occupat præfectus, ipſo mari immitior. Nam quod tempeſtas reliquum fecit miſeris, id ille, veluti altera tempeſtas, eripit.

§. 164.

Das Strand-Recht, *pactis reſtrictum.*

Fœdere inter Waldemarum, Daniæ, & Magnum, Sveciæ Regem, 1343. cavetur: In aliquo regnorum noſtrorum, ſive dominiis, paſſi naufragia, res amiſſas libere, absque impeditione quorumlibet, recolligant & recuperent. In pace, inter Carolum II. Hiſpaniæ Regem & Carolum II. Magnæ Britanniæ 1670. Si naves alterutrius confœderati, ejusdemque ſubditorum, ac incolarum,

rum, ad oras, aut in ditionibus quibuscunque, alterius, impegerint, jactum fecerint, vel quod Deus avertat, naufragium, aut damnum quodcunque, passæ fuerint, ejectos aut detrimenta passos, in vincula, aut servitutem abducere, nefas esto, quin periclitantibus, aut naufragis, amicissime subveniatur.

§. 172.

Traditio Symbolica.

Cum Eugenius Sabaudus 1707. d. 16. Apr. nomine Caroli III. Hispaniæ Regis, à Mediolanensibus homagium reciperet, offerebantur Eugenio, per Marchionem de Castiglione, claves urbis: per locumtenentem Regium autem, duo vasa, quorum unum terra, alterum aqua, erat repletum, quæ utraque Eugenius effundebat, in signum captæ possessionis.

§. 172.

Traditio Symbolica in diem.

Successores futuri in Comitatum Hanovicum, Landgravius Cassellanus & Darmstadinus, 1728. pepigerunt, ut symbolice in diem, cuique, sua portio traderetur. Traditio ipsa, juxta relationem Prætoris, des Schultheissen in Babenhausen, sequenti modo peracta: Der Herr Geheime Rath Otto habe ihn, so dann den Babenhauser Raths-Verwanten Morhard 1729. (der Tag sey ihm entfallen) zu sich, ins Amthauß, durch den Landknecht citiren lassen, da sie den Herrn Geheimen Rath Otto, Herrn Amts-Schreiber Schneider, und den Herrn Advocat Borngässer, in der Amts-Stuben beysammen angetroffen. Nachher hätte sich auch der Herr Commendant von Kitscher, daselbst eingefunden, und die Schlüssel von Babenhauser Stadt- und Schloß-Thoren mitgebracht. Hierauff habe Herr Geheime Rath Otto die Instruction, so er von Ihro Hochgräflichen Gn. Herrn Grafen zu Hanau, erhalten, laut vorgelesen, und Erwehnung gethan, wasgestalt er von demselben bevollmächtiget sey, die Stadt, Schloß und Amt Babenhausen, Ihro Hochfürstlichen Durchlaucht dem Herrn Erbprintzen von Hessen-Darmstadt zu übergeben. Hoc facto, habe der Herr Amts-Schreiber ebenfalls, mittelst Ablesung der habenden Instruction, bekannt gemacht, daß er von Höchstbesagt Ihro Hochfürstlichen Durchlaucht bevollmächtiget sey, ermelte Stadt, Schloß und Amt, in Deroselben Nahmen in possession zu nehmen; und endlich hätte der Herr Geheime Rath Otto, ihn comparenten, und den Morhard, der Pflicht erlassen; der

zugegen gewesene Notarius und Advocat Borngässer aber, habe sie als testes, ad hunc actum erbethen, da so fort Herr Geheime Rath Otto, vom Herrn Commendanten von Kitscher, die Schlüssel der Stadt- und Schloß-Thore gefodert, und solche dem Herrn Amts-Schreiber Schneider behändiget, welcher sie nur besagtem Herrn Commendanten, mit dem Anhang, wieder zugestellet, daß Ihro Hochfürstliche Durchlaucht der Erbprintz von Hessen-Darmstadt, ihn, als Commendanten der Stadt Babenhausen, in Gnaden beybehalten wolten, womit der actus beschlossen.

Succedens postea, Wilhelmus Cassellanus, impugnabat hanc traditionem, patris sui Caroli jussu factam, quasi proprio jure succederet, nec patris sui heres existeret, & quidem his rationibus: 1) quia Comes Hanovienſis possessionem nunquam deposuerit, sed eam usque ad mortem retinuerit, ac diserte declaraverit: daß solche possessions-Uebergab Ihro Röm. Kayserl. Majest. und Dero Allerhöchsten dominio directo, keines weges nachtheilig: auch gegen Uns, so lang Uns GOtt das Leben fristen wird, auf keine Weise exerciret werden, wie ingleichen, wenn dessen Güte Uns noch Leibes-Erben verleyhen werde, gäntzlich erloschen seyn solle. Rem omnem merum fuisse glaucoma: plures eandem rem possidere non posse: merito ridere *Mascardum* traditionem possessionis, ubi tradens, re vera, in possessione remaneat. 2) Quia Babenhusa semper fuerit pars integrans, Comitatus Hanau-Münzenbergensis, nec proinde steterit in potestate tradentis, eam in alium, quam Cassellanum, transferre, sed nullitate laborare. Nihilosecius Camera Wezlarienſis, pro validitate hujus traditionis, pronunciavit. Brevi, ante secutam 1736. Comitis Hanovienſis mortem, Cassellanus militem præsidiarium augebat: claves urbis Hanovienſis, à præfecto sibi tradi, curabat, Babenhusam vi occupabat. Econtra, nomine Darmstadini, statim mortuo Comite, nobilis quidam à Teuffel, per apprehensionem vasis argentei, in præsentia requisiti Notarii & testium, factam, possessionem hereditatis mobiliaris arripiebat. Quo facto, minister Cassellanus, ostenso instrumento cessionis Hanovicæ successionis, à Sveciæ Rege, fratri Wilhelmo factæ, jussit prælegi patentes Cassellanas, die Casselsche Huldigungs-Patente, ac per earum affixionem, possessionem Comitatus Hanau-Münzenbergensis arripi, hereditatem autem mobiliarem, per Notarium Cæsareum obsignari, pariterque Babenhusæ possessionem, arripi, curavit. Consulta desuper Facultas Juridica Argentoratensis, pro Darmstadina possessione pronuntiavit. Rintelenses, pro Cassellana scripserunt. Vid. Notit. Scriptor. §. 59. Ex parte Cassellana, in Camera Wezlarienſi urgebatur

pactum

pactum de 1643. Daß nach Abgang des Hanauischen Manns-Stammes, aller Nachlaß, gar nichts ausgenommen, samt den beweg- und unbeweglichen Güthern, dem Fürstlichen Hauß Hessen-Cassel, dergestalt angefallen sey, daß dasselbe in allermassen, als ob ihm solches von natürlicher Erbgerechtigkeit, jure legitimæ successionis, gebühret hätte, ohne ihrer, der Herrn Grafen selbst, oder ihrer Erben und Nachkommen, einigen Eintrag, eintzig und allein zustehen, und von denselben, als den rechten Successorn und Erben, alsbald in würcklichen Besitz genommen, und unwiederrufflich gelassen werden solle. Camera Wetzlariensis, pariter contra Cassellanam domum, in possessorio pronunciavit, quæ tamen, sumto ad Comitia recursu, impetravit, ut causa ad austregas remitteretur. Conf. dicenda ad Tom. 5. §. 100. lit. r.

§. 173.

Effestucatio.

Effestucationis mentio occurrit in venditione, qua Albertus, Comes de Lœwenstein, 1290. vendidit Gerlaco de Breuberg, castrum Magenheim, apud *Joannis*, in Tabular. Spicilegio primo, p. 389.

§. 183.

Missilia.

Commodius, ad occupationem rerum derelictarum, missilia referri, putat *Heinec.* ad Inst. L. 2. §. 384. At tunc sequeretur, quod iis in locis, ubi res derelictæ, tanquam bona vacantia, fisco vindicantur, missilia cedere deberent fisco, quod foret contra intentionem eorum, qui missilia spargunt.

§. 187.

Occupatio bellica.

Hostis, rei sibi ereptæ, non penitus desinit esse dominus. Pari enim jure, quo res ipsi est erepta, eam potest recuperare, nec prius omni in eam jure excidit, quam, pace secuta, penitus eidem renuntiat. Vide tamen L. 1. §. 1. Dig. de acquir. vel amitt. possess.

§. 192.

Feuda confiscata Imperio incorporanda.

Jam Henrici V. Imperatoris tempore, simile quid constitutum, legitur, apud *Dodechinum*, Continuatorem Mariani Scoti, ad an. 1125. Rege, inquit,

apud Ratisbonam, in conventu Principum, inquirente prædia judicio proscriptorum à Rege, si juste forifactoribus abjudicata fuerint, vel pró his, quæ regno attinent, commutata, utrum cedant ditioni regiminis, vel proprietati Regis? judicatum, potius regiminis subjacere ditioni, quam Regis ptoprietati.

§. 193.

Rei vindicationis fundamentum.

Non ex dominio, sed læsione rei, vindicationem oriri, nec naturaliter contra tertium, sed solum lædentem, dari, existimat *Breuning*, de præstatione evictionis, juri naturali incognita, quod tamen, ipsa memorata dominii indoles, refellit. Conf. Tom. 6. §. 350. Id addere lubet, Breuningium, non satis distinguere vindicationem, à vindicta. Hæc contra tertium locum non habet, bene tamen illa.

§. 215.

De investitura allodialium.

Vid. Jus Prov. Sax. L. 1. art. 8. & 52. L. 2. art. 24. & Suevic. c. 308. & 311. *Heinec.* Elem. Jur. Germ. L. 2. §. 24.

§. 216.

Comparata opponuntur allodio.

Fulqvinus quidam, anno 950. Monasterio Gemblacensi donans juris sui prædium, in pago Braivibant, in loco, qui dicitur Dorp, addit, se donare rem exquisitam & inexquisitam, totum & ad integrum, & quod tam *de allodio*, quam de *comparato*, seu de quolibet attractu, ad se, ibidem dignoscatur, pervenisse, ap. *Miræum*, dipl. Belg, L. 1. c. 19. p. 141.

§. 221.

Differt dominium directum, à territoriali.

Potest alius esse dominus territorialis: alius directus. Ille subditum habet: hic Vasallum. In territorio Austriaco, dantur feuda, quorum domini directi sunt Episcopus Ratisbonensis, & Marchiones Brandenburgici. In territorio Saxonico, Comites Schœnburgici possident feuda, quæ à Bohemiæ Rege recognoscunt. Potiora sunt jura domini territorialis, quam illa domini directi. Nam quantum ad territorii dominum attinet, non habent feudi rationem bona, quæ, ab aliis dominis directis, in feudum dantur. Tales Vasalli, domino quidem directo, collectas solvere non tenentur, bene tamen territorii domino, nisi huic militaria servitia præ-

præſtent. In matriculis Saxonicis, quibus equi, quos ſervitiorum cauſa præſtant Vaſalli, deſcribuntur, plurimi commemorantur feudorum poſſeſſores, qui alios habent dominos directos, ſed territorii domino ſervitia præſtant. Cum Bohemiæ Rex 1547. à Georgio, Domino de Schœnburg, feudorum Bohemicorum cauſa, quæ in territorio Saxonico habebat, ſervitia militaria poſtularet, hic rem, ad Mauritium Electorem Saxonem retulit, nec poſt hæc, amplius Bohemus, à Schœnburgicis ſervitia exegit. Conf. *Mencken* de vi ſuperioritatis territorialis in territorio alieno, & *Gribner.* de dominio directo in territorio alieno, p. 28. ſqq. qui p. 30. hæc lemmata ponit: Jurisdictio feudalis in territorio alieno, non continet ea, quæ ſunt imperii, aut jurisdictionis eminentis: Dominus directus, nequit evocare Vaſallum extra territorium, ne quidem in cauſa feudali: à ſententiis Vaſalli appellatur ad dominum territorii, non ad dominum directum: Si feudum in territorio alieno revertitur ad dominum directum, is illud, nonniſi Landſaſſiatui obnoxium, tenebit: Si Vaſallus crimen læſæ Majeſtatis committit in Imperium, feudum, quo excidit, cedit domino territorii, non directo.

§. 231.

Zollern & Oettingen ſunt feuda.

Comitatus, Zolleranum pariter, ac Oettingenſem, eſſe feudales, verius eſt, atque ex inveſtituris, in aula Cæſarea deſuper receptis, apparet, quæ non de ſolis regalibus, ſed ipſis etiam ditionibus, peragi ſolent. Diſſentit *Pregitzer* apud *Heinec.* in Elem. jur. Germ. T. 1. p. 390.

§. 238.

Piis cauſis deſtinata, ad profanos uſus transferri nequeunt.

Conf. §. 8. Inſt. de rer. diviſ. L. 21. C. de SS. Eccleſ. Nov. 7. de non alienandis aut permutandis rebus eccleſiaſticis, junct. Nov. 120. c. 10. Can. 10. cauſ. 16. qv. 7. Can. 1. diſtinct. 96. Can. 4. cauſ. 17. qv. 4.

§. 261.

Servitus in faciendo non conſiſtit.

Hinc abuſive ſervitus dicitur obligatio reficiendæ viæ, & ejiciendæ nivis, die Wege zu beſſern, und den Schnee zu räumen. Simile eſto judicium, circa interdictum de reficiendo aquæductu, ac fonte, Tit. Dig. de rivis & de fonte. Ipſe aquæductus, merito inter ſervitutes numeratur: non autem obligatio reficiendi aquæductum.

§. 270.

§. 270.

Jus Grutiæ, das Floß-Recht.

Ludovicus Bavarus, Imperator, civitatem Auguſtanam donavit privilegio, d. d. Augſpurg 1346. die Freyheit, mit Floſſen aus der Wertach in den Lech zu fahren. Vid. *Io. Wilh. Dietmar*, diſſ. de Iuribus civitatum Imperialium, præſertim de juribus & privilegiis liberæ Imperialis civitatis Auguſtæ Vindelicorum, Jen. 1754. 4. §. 31.

§. 282.

Servitus fluminis non avertendi.

Ad ſervitutes publicas negativas, referri etiam poteſt illa fluminis non avertendi. Sic Imperator Sigismundus, ſub dato Augſpurg 1418. conceſſit privilegium, denen von Augſpurg den Lech nicht zu verhauen, und gegen diejenigen, ſo es thun würden, repreſſalien zu brauchen. Et Fridericus III. ſub dato Grätz 1462. decrevit, daß die von Augſpurg die Freyheit haben ſollen, den Lech in die Stadt zu leiten, ſub pœna 20. marcar. auri ab illis ſolvenda, qui eos in hujus privilegii exercitio turbant. Vid. *Dietmar* diſſ. de jurib. civitat. Imp. §. 31.

§. 288.

De fabula arcis Wartburg

vid. *Paulini* Annal. Iſenac. §. 19. p. 15.

§. 297.

Molendina bannaria, Zwang-Mühlen.

Antiquum exemplum molendini bannarii, occurrit in tabulis permutationis, quibus Richardus, Anglorum Rex, 1190. Walthero, Rothomagenſi Epiſcopo, pro Manerio de Andeli, cedit molendina Rothomagenſia, & villam de Dieppe, apud *du Mont* Corps diplomatique, Tom. 1. P. 1. n. 208. ubi verba ita fluunt: Archiepiſcopus conceſſit, & in perpetuum quietum clamavit nobis & heredibus noſtris, prædictum Manerium de Andeli, cum novo Caſtello de Rupe, & cum foreſta, & cum omnibus pertinentiis aliis & libertatibus ſuis, exceptis eccleſiis & præbendis, & feodis militum, & excepto Manerio de Fraxinis, cum pertinentiis ſuis, quæ omnia idem Archiepiſcopus eccleſiæ Rothomagenſi, & ſibi & ſucceſſoribus ſuis, retinuit, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, & cum omni integritate ſua, in perpetuum: ita quod tam milites, quam Clerici, & omnes homines, tam de feudo militum, quam de præbendis, *ſequentur molendina* de Andeli, ſicut conſueverunt

runt & debent, & moltura erit noſtra: Archiepiſcopus autem & homines ſui de Fraxinis, molent, ubi idem Archiepiſcopus volet: Et ſi noluerint molere apud Andeli, dabunt molturas ſuas, ſicut alii ibidem molentes.

§. 324.

Novi operis nuntiatio.

Cum novi operis nuntiatio, ſit remedium retinendæ poſſeſſionis, fieri debet re integra, i. e. ubi novum opus quidem cœptum, ſed nondum abſolutum erat, aut perfectum. Opere enim perfecto, poſſeſſio intelligitur amiſſa, & tunc confugiendum ad interdictum reſtitutorium, ſeu recuperandæ poſſeſſionis, qnod vi, aut clam. Inde, quod novi operis nuntiatio, pertinet ad poſſeſſionem retinendam, intelligitur quoque, eum, qui ſolum jus ad rem habet, novum opus nuntiare non poſſe: econtra eum, qui poſſidet, cauſam nuntiationis, ſeu titulum, edere non debere, cum ſola ſufficiat poſſeſſio. Neque vero inter liberas gentes requiri putarem, ut operis novi nuntiatio, præciſe fiat in re præſenti, ſive illic, ubi opus fit, ſed & alibi facta, attendi oportet, quam tamen nullius momenti eſſe, dicit Lex 5. §. 2. 3. 4. Dig. de operis novi nuntiatione. Expedit interim, in re præſenti fieri nuntiationem, ut operarii ſtatim queant deſiſtere, neque hi per ignorantiam peccent. Et talis nuntiatio, nuntianti, integram ſervat poſſeſſionem, etiamſi fiat ſolis operariis, ſervis, puellis, inſcio eo, qui novnm opus facere juſſerat.

§. 326.

Servitutum præſcriptio.

Non-uſu jura, in alieno competentia, amittuntur, tempore legitimo, L. 18. & 20. Dig. quemadm. ſerv. amitt. L. fin. C. de Servit. In nonnullis Germaniæ locis, ad acquirendas, vel amittendas, præſcriptione, ſervitutes prædiorum ruſticorum diſcontinuas, immemoriale tempus requiritur.

§. 334.

Populus de domaniis diſponere nequit.

Ubi ita quis argumentari vellet: Si Princeps ſaltem eſt uſufructuarius domanii, hujus dominium erit penes populum: adeoque penes populum erit, de domaniis diſponendi, facultas, modo Principi uſusfructus relinquatur ſalvus: id deſidero, quod Princeps à populo non ſit ſejungendus. Quamdiu populus habet imperantem, ſoli populo, ſine imperantis conſenſu, nulla competit diſponendi facultas. Imperans & parentes, unum conſtituunt corpus. Huic corpori competit dominium do-

maniorum. Quare hæc, nec ab imperante solo, nec ab Ordinibus solis, sed ambobus conjunctim, rite alienantur.

§. 334.

Regulariter regna electitia sunt usufructuaria.

Exceptionem quærit *Heineccius* ad Grotium, L. 1. c. 3. §. 13. in casu, quo electio est generalis, & antecessores, pleno jure fuere Reges, eligentes autem, sibi nullam libertatem stipulantur. Talem fuisse, putat, electionem Theodori, Russorum Imperatoris. Ceterum cave, ne inde, quod regna electitia regulariter sunt usufructuaria, inferas: ergo eadem non esse summa, pariter, ac usufructuarius dominum agnoscit. Rex est usufructuarius domaniorum: at imperium & majestas plene penes Regem, aut eos, qui summam rerum tenent, existit.

§. 342.

An ususfructus potest cedi?

Quod ususfructus, per cessionem usufructuarii, tertio factam, extinguatur, & ad dominum proprietatis revertatur, L. 66. Dig. de jur. dot. id Germanis nunquam fuisse receptum, ex Spec. Suev. c. 49. §. 3. ostendit *Heinec.* Elem. Jur. Germ. L. 2. T. 2. §. 37. fin.

§. 351.

Pactum: de fructibus ultimi anni dividendis.

Pacto Ernesti Augusti, Episcopi Osnabrugensis, cum Capitulo 1662. inito, cavetur: Wenn ein zeitlicher Bischoff aus dem Fürstl. Hause Braunschweig-Lüneburg, vor Jacobi Tag, die Welt gesegnet, haben Dessen Erben und Nachkommen mehrers nicht, denn pro rata temporis, darinn er von nächst vorhergangen neuen Jahrs-Tag an, die Regierung geführet, an den ordinairen Stiffts-Intraden zu bekräfftigen: Stirbt aber ein Bischoff nach Jacobi: so sollen Dessen hæredibus, die völlige ordinaire Auffkünffte selbigen gantzen Jahres, ohne des Dom-Capituls und männigl. Einsprüche, ohnweigerl. gelassen werden. Der Restanten halber aber, ist verglichen, daß dieselbe weiter nicht, denn von dem letzten Jahre, ob gleich von den vorigen etwas nachstehen möchte, den Bischöfflichen Erben zum besten, eingetrieben werden sollen.

§. 360.

Privilegia civitatibus data, de iis non alienandis.

Mühlhusa habet privilegium Wilhelmi, Imperatoris, de 1255. hujus tenoris:

ris: bona fide promittimus, quod civitatem de Molnhauſen non obligabimus, ſive impignorabimus, nec utique infeudabimus de eadem, ſed eam ſpecialiter volumus ad manus noſtras ſervare, apud *Grashof* de Orig. & antiqu. Mühlhuſ. Cod. dipl. n. 4.

§. 367.

Num ad oppignorandum feudum Imperii conſenſus Imperatoris, ſi ille agnatorum ſperari nequit, ſufficiat?

Quæſitum hac de re, cum Antonius Ulricus, Dux Saxo-Meinungenſis, cui agnati portionem ſuam hereditariam, tam allodialem, quam feudalem, detinebant, deſuperque litem movebant, ſupplici libello d. 30. Nov. 1730. Sacram Cæſaream Majeſtatem imploraret: Dieſelbe, als oberſter Lehnherr in allerhöchſten Gnaden geruhen wolten, ihm allergnädigſt, und zwar ohne fernere, (denen Rechten nach ohne dem nicht nöthige, und zu Dero Obriſt-Lehnherrl. Gerechtſamen, und anderer allerhöchſten Kayſerl. Reſervaten, Verminderung, nur abzweckende) mit ſeinen, obgedachter Urſachen wegen, ohnfehlbar diſſentirenden, agnatis, pflegende Rückſprache, aus Kayſerl. Allerhöchſten Macht Vollkommenheit, zu erlauben, daß die von ihm beſitzende gemeinſchafftl. Sachſen Coburg- und Meinungiſche Reichs-Lehn, zu ſeinem Antheil, mit einer Geld-Aufnahme von 100000. Thlr. dergeſtalt beſchweren dörffe, daß er dadurch zuvorderſt ſeine, ex ſupra dictis cauſis, allbereit habende creditores, verſichern, und da ſodann noch etwas von obiger Summe übrig bleibe, er ſolche, bey ſich ereignedem Nothfall, nach und nach vollends aufnehmen, mithin im Stande ſeyn möge, nicht allein die bereits von andern, ihm gutherzig vorgeſchoſſene, ſondern auch noch ferner, biß zur glücklichen Endſchafft, die benöthigte proceſs-Stands-Erhöhungs, Schaumbergiſchen Kauffs- und Lehns-Empfängniß-Koſten zu beſtreiten, und dadurch ſich, und ſeine Fürſtl. deſcendenz, einmahl in Ruh und Sicherheit zu ſetzen. Tunc quidem Conſilium Imperii Aulicum, in Voto ad Imperatorem, menſe Januar. 1731. cenſuit: antiqui feudi oppignorationem, cum conſenſu ſolius domini factam, validam quidem eſſe: agnatis autem, vi primæ inveſtituræ, ſuccedentibus, præjudicium haud poſſe afferre, quin exiſtente caſu ſucceſſionis, feudum vindicare poſſint: dominum vero, qui in oppignorationem ſolus conſenſit, demum, ſi forte ipſi aperiatur feudum, obſtrictum eſſe, ad debitum, deficientibus bonis allodialibus Vaſalli, ſolvendum. Memorat quoque *Moſerus* im Teutſchen Staats-Recht, Tom. XIV. p. 471. permiſiſſe judicium Imperii Aulicum Comiti de Hohenems, qui Apa-

nagium, à primogenito debitum, haud acceperat, mutuo sumere 4000. fl. concessa desuper, in Comitatum, hypotheca.

§. 379.

Mutuum perpetuo iniri prohibetur.

Ordinatio politica de 1577. tit. 17. §. 9. prohibet pactum: de mutuo perpetuo, intuitu debitoris: Die Loskündigung der Gültverschreibung auf Wiederkauff, soll bey dem Verkäuffer, und nicht bey dem Käuffer, stehen, unangesehen, wie die Gültverschreibung gestellet ist. Olim tale pactum, in Germania fuisse validum, existimat *Stryck.* Us. Mod. Pand. L. 13. T. 7. §. 16. idque intendisse paciscentes, quoties conditiones impossibiles oppignorationi adjecerunt. Referunt de Ducibus Saxe-Lauenburgicis, quod cum Lubecensibus pactum inierint, reluitionem civitatis Möllen, prius non debere esse permissam, quam Duces cum pretio obtulerint: einen blauen Windhund, einen weissen Falcken, und einen Hagedornen Stock, der keinen Ast hat; quod pactum, si probari potuisset, Lubecensibus, exceptionem deficientis juris reluendi, præbuisset. Sed cum in contractu ipso, hac de re nihil haberetur, sed tantum ad testimonium de auditu provocaretur, pro reluitione in Camera pronuntiatum. Vid. §. 420.

§. 384.

Exemplum hypothecæ illustris.

Imperator Carolus VI. mutuam pecuniam acceperat ab Anglis nonnullis, constituta ipsis hypotheca, in Silesia. Mortuo Carolo VI. Borussorum Rex occupabat Silesiam, & pace secuta, eam retinebat, sed cum onere, solvendi Anglis debitum, à Carolo VI. contractum.

§. 385.

Tacitæ hypothecæ Saxonicæ.

Omnes tacitas hypothecas, abrogaverat in Saxonia Ordinatio processus, tit. 45. At per mandatum de 1734. valor tacitarum hypothecarum, iterum est restitutus, exceptis paucis casibus, dicto mandato expressis.

§. 386.

§. 386.

Hypotheca tacita fisci & ecclesiæ.

Debita primipilaria, (derer Proviant-Commissarien,) etiam ex uxoris dote, in subsidium solvenda, discimus ex L. 4. C. in quibus causis pignus vel hypoth. Objicit quidem *Voëtius*, id mutatum esse per Nov. 97. & §. 29. Instit. de actionib. ubi doti tacita hypotheca, cum jure prælationis, indulta. Sed jam ante illa tempora, fiscum doti fuisse prælatum, colligitur ex L. 3. C. de primipilo. Conf. *Carol. Adolph. Braun*, JCti Erlang. diss. de debito primipilari, 1753. habita.

Ecclesiæ, hypothecam tacitam in bonis administratorum suorum, nonnulli tribuunt, propter Clem. 2. de relig. dom.

§. 405.

Oppignoratio Germanica dominium tribuit.

Diploma Henrici, Imperatoris, apud *Jo. Frid. Schannat*, in Cod. probat. historiæ Episcopatus Wormatiensis p. 54. ea lege, prædium Rodensleben *oppignorat* Episcopo Wormatiensi, pro XX. libris auri puri, & CC. marcis argenti, ut prædium illud libere, & potestative, *in proprietatem* haberet.

§. 413.

Modus procedendi, in Concursu Creditorum Status Imperii.

perspici ex parte poterit, ex sequenti concluso judicii Imperialis Aulici, de 20. Oct. 1719.

Zu Paderborn und Münster, weyl. Herrn Bischoffs Verlassenschafft betr.

Fiat Commissio auf den Herrn Bischoff zu Paderborn, qua talem, rescribaturque eidem, cum inclusione exhibitorum: Nachdem über des nächstverstorbenen Herrn Bischoff zu Paderborn und Münster, zumahlen in diversis territoriis befindl. Verlassenschafft, unter denen, aus verschiedenen Orten herkommenden Creditoribus, ratione præferentiæ, sich Streit ereigne, und die cognition darüber, an Kayserl. Maj. erwachsen sey, dieselbe auch, auf Anlangen derer von Groote, darinn bereits inhibitiones und Verordnungen ergehen lassen, die Sache aber füglicher, und mit ziemlicher Ersparung Zeit und Kosten, der Orten, als Dahier, untersuchet und instruiret werden können: So hätten Ihr-

Kayserl. Maj. Ihm, Herrn Bischoffen, die Commission auftragen wollen, daß er autoritate Cæsarea

1. einen beständigen statum activum von gedachter Verlassenschafft, es möge sich auch von derselben etwas befinden, wo es immer wolle, formiren, zu dem Ende auch beede Dom-Capitula zu Paderborn und Münster, daß sie, die propria autoritate præripirte, ad massam noch gehörige Cameral-Gefälle, dahin liefern, anhalte, und wenn sie was zu prætendiren haben, ad concursum verweise, nicht minder auch den, von dem curatore bonorum angegebenen Ducker, zu Berechnung derer erhobenen Subsidien-Gelder, ziehen lasse, und sonst alles vorkehren möge, was ad integrandam massam erforderlich seyn würde, und wie in dieser Sache

2. alle judicia particularia hiemit aufgehebt würden, so hätte er, Bischoff, eadem autoritate Cæsarea alle creditores, sie mögen sich befinden, wo sie immer wollen, edictaliter zu citiren, so dann forder samst dahin zu sehen, ob sine ulteriori strepitu judiciario, jedoch mit der Creditorum guten Willen, aus der Sache gütlich zu kommen seyn möchte: in Entstehung dessen aber, die processus concursus für sich gehen zu lassen, und nach allerseits gemachten Schluß, die acta, mit räthlichem Gutachten, dahier einzuschicken.

3. Sollten auch einige, ad massam gehörige Baarschafften, würcklich vorhanden seyn, oder nach und nach, aus denen verkauffenden im- und mobilien, eingehen, so könte der Herr Bischoff selbige an sichere Orte, um den jährlichen Zinß, zu Nutzen der creditorum, zu profitiren, inzwischen anlegen, oder aber einigen, ohne dem, ratione hypothecæ, im Vorzug stehenden creditoribus, welche zinßbare capitalien zu fodern hätten, und allenfalls de restituendo accepto, cautionem idoneam præstiren könten, verabfolgen lassen, damit der, der massæ sehr beschwerliche cursus usurarum, wenigstens sistiret werden möge.

d. 19. Dec. 1726.

In eadem

haben Kayserl. Maj. vor gut befunden, den Herrn Churfürsten und Bischoffen, als Dero verordneten Commissario, die Weisung dahin zu thun,

thun, damit er durch seine subdelegirte Räthe, nicht allein den statum activorum, so weit möglich, zum Stand bringen, im äusserst unvermögenden Fall aber, gleichwohl, bey der ordentlichen Anmerckung ad acta, über die vorgefundene ohnübersteigliche difficultæt, dabey es bewenden lassen, denen begehrenden Partheyen, von gemeltem *statu activorum*, so gut er aufzubringen gewesen, communication thun, demnächst die zuversichtlich, zum Spruch Rechtens, best, und ohne Mangel instruirte dortige Original-acta nach einer ausländischen ohnpartheiischen Juristen-Facultät, zu Fassung eines rechtlichen, mit rationibus dubitandi & decidendi, allenthalben standhafft versehenen Gutachtens, und solchen beyfügender ohnmaßgeblichen Classifications-Urthel, sumtibus massæ communis, verschicken, darauf hin solches, wenn besagte acta zurück kommen seyn werden, ohngesäumt Kayserl. Majest. zu weiterer Ausübung der Gerechtigkeit, zufertigen lassen solle.

§. 420.

Pignori non præscribitur.

In Gallia, cum Carolus V. Rex, Jano Alebreto, sororem suam, Margaretham, elocaret, & in dotem multa millia sponderet, atque, donec summa solveretur, fundum Druydum traderet Alebreto: hujus heredibus, à fisci procuratore lis mota, nec attenta possessione ultramemoriali, fundus Druydum, arresto Parisienfi, Regio procuratori adjudicatus est 1551. Vid. *Reigersman* de præscriptione juris gentium. §. 27.

Spectat huc etiam pactum Lauenburgico-Lubecense, de quo agit *Stryck.* in Us. Mod. Pand. L. 13. T. 7. §. 14. Duplex inter Ducem Lauenburgicum & civitatem Lubecensem intercesserat contractus, primo contractus retrovenditionis, super civitate Möllen, de 1339. deinde contractus pignoratitius, super civitate Bergedorf, de 1370. In primo, dominium translatum dicitur, cum pacto reemendi: in altero, dominium reservatum, cum pacto redimendi (reluendi). Putat *Stryckius*, jam tum hanc distinctionem innotuisse ex jure peregrino, quia exceptionibus juris Canonici & civilis renuntiatum. Cum ad reluitionem ageret Dux Saxo-Lauenburgicus, non obstante exceptione præscriptionis immemorialis, condemnatio ad restituendum, secuta in Camera Imperii d. 8. Nov. 1667. quæ confirmata 18. Mart. 1670. relictis tamen fructibus. Adde dicta §. 379.

§. 426.

Jus retentionis.

Viduæ, etiam pendente creditorum concursu, jus retentionis in feudo conceditur, utut ad instantiam creditorum compossessor, seu administrator, constitui possit. Nam jus retentionis, non præcise involvit jus administrandi. *Mev.* P. 3. decis. 255. *Stryck.* de Compossessione, c. 2. n. 70.

§. 431.

Possessio est jus in re, à dominio distinctum.

Peccant in excessu, qui possessionem à dominio, naturaliter haud distinctam, perhibent, vid. §. 479. Econtra in defectu peccant, qui possessionem facti saltem, nec jus in re esse, contendunt, de quibus §. 46.

Insignis effectus possessionis à dominio, omnive alio jure, distinctæ, cernitur in regni invasore, cui, quamdiu in possessione est, regni incolæ, recte omnino, (si non contra verum dominum, tamen) contra exteros, assistunt. Sic & is, qui in possessione est, in caput tyranni præmium potest proponere, non is, qui possessione destituitur. Carolus II. Anglorum Rex, exul, in caput Cromwelli præmium proponere non potuisset.

De possessione in diem tradita, conf. dicta ad §. 172.

§. 438.

Compossessio.

Observat *Samuel Stryck.* de compossessione, hoc vocabulum in jure Romano non deprehendi, & primum *à Mevio & Brunnemanno* usurpatum, rem ipsam tamen, juri Romano non incognitam. Sic communio in possessione, occurrit in L. fin. pr. Cod. de reb. aut. jud. possid. it. simul & æqualiter possidere, L. 15. pr. Dig. de Carbon. edict. L. 15. §. 17. Dig. de damno infecto, L. 3. pr. Dig. de acquir. possess. Ceterum ad id, ut judex alicui compossessionem concedat, necessario requiritur, ut alteram partem ad minimum summarie audiat. Si tamen in mora periculum, sequestratio sine citatione potest decerni. Differt à compossessione condetentio. Ob jus actoris evidens, compossessio: ob alterius contumaciam, condetentio, conceditur. Quo fine, jus Romanum primum & secundum decretum, introduxit. Primum decretum, ob rei contumaciam, bonorum possessionem, saltem custodiæ causa, indulget, ut pignoris vice detineantur, donec veniat responsurus. Ex secundo decreto, demum possessio conceditur, ut aliud sit in possessionem mittere, aliud

possidere jubere, L. 3. §. fin. Dig. ex quib. caus. in possess. eatur. Ipsa autem *compossessionis* indoles, indicat, possessionem creditoris ita immissi, ut fructus percipiat, non excludere possessionem debitoris. At creditor, qui fructus percipit, administratoris jure censetur, ac proinde ad inventarium & rationes reddendas tenetur.

§. 450.

Populus cum usurpatore contrahens, legitimum imperantem eum ideo non agnoscit.

Dum populus cum possessore, detentore, invasore vel usurpatore, contrahit, aut fœdus pangit, eum ideo non præcise pro justo imperante, aut domino legitimo, agnoscit, sed possessionem solam respicit. Elegans exemplum occurrit apud *Livium*, L. 34. c. 21. sq. T. Quintius, Consul Romanns, fœdus inierat cum Navide, Spartanorum tyranno, nihilo secius, post bellum confectum, Navidem ab imperio dejecit, ac Regem legitimum Pelopem restituit.

§. 464.

Novi operis nuntiatio,

in quantum pertineat ad remedia retinendæ possessionis, vid. §. 324.

§. 465.

Usus Edicti D. Marci.

Universim usum modernum Edicti D. Marci & Legis 7. C. unde vi, in foro Saxonico negant, eumque, qui propria autoritate, rem suam ab alio possessam, occupat, eam non amittere, sed mulctam saltem incurrere, post *Carpzovium* asserit *Stryck.* in Us. Mod. Pand. L. 4. T. 2. §. 8. In reliqua Germania, & ipsa Camera Imperiali, pro observantia dictarum Constitutionum pronuntiatur. Conf. Ordinat. Cam. Wormat. 1521. Wie es in Irrung der possession §. Und ob sich & R. I. Ratisbon. 1532. Cammergericht betreffend §. 15. Item als sich &c.

§. 466.

Media contra turbationem possessionis.

Contra vim *turbativam*, datur interdictum uti possidetis: contra *expulsivam*, interdictum unde vi: contra *compulsivam*, actio quod metus causa: contra *inquietativam*, actio injuriarum: denique contra *ablativam* actio vi bonorum raptorum. Vid. *Berger.* Oecon. Jur. L. 3. T. 9. §. 8. in fin. Is quirem propriam per vim aufert, ex decreto D. Marci, (quod extat L. 13. Dig. quod met. caus. & L. 7. Dig. ad L. Jul.

de vi privata) jure crediti, imo & dominio ſuo privatur, L. 7. C. unde vi. De uſu hujus decreti in Germania, præjudicia, in utramque partem collecta, vid. ap. *Berger.* l. c. ubi ſimul ex *Deckhero* ad Blum. tit. 29. n. 109. obſervat, contra dominum feudi, à Vaſallo dejecto agi poſſe cumulative, cum ad pœnam fractæ pacis publicæ, tum ad privationem dominii directi, ceu factum in cauſa Riedeſel contra Fulda. Conf. dicta §. præc.

§. 467.

Etiam petitorio judicio per mandata S. C. proceditur.

Modo adſit unus quatuor caſuum. Sic decernitur Mandatum S. C. ad dividendum hereditatem, ex pacto familiæ delatam; it. de edendo documenta hereditaria. Anno 1748. decretum in Camera Mandatum S. C. de non contraveniendo pacto familiæ, ſed dividendo Comitatum Limburgenſem, communi jure hucusque poſſeſſum.

§. 479.

An omnis præſcriptio ex jure civili?

Communis hæc JCtorum fuit ſententia, usque ad *Albericum Gentilem*, qui primus, juris naturalis præſcriptionem reſtauravit. Imo jam *Plato*, in ampliſſimis de legibus libris, quos ex Cretenſium, Lacedæmoniorum & Athenienſium politiis collegit, præſcriptionem neceſſariam putat in ſtatu civili: addens ἐν ἀλλοδημίᾳ extra regionem & patriam, omni tempore, adverſus uſurpatorem poſſe actionem inſtitui: quod propius abeſt à XII. Tabulis Romanorum, & quidem Tab. 3. ſecundum *Jacobum Gothofredum*: *adverſus hoſtem æterna auctoritas eſto*, ſive ut *Gothofredus* explicat: peregrinus quicquam uſucapere non valet: cuivis, adverſus eum, in perpetuum actio eſto: ſeu ut *Eberhard Otto* mavult: adverſus peregrinum, perpetua rei detur perſecutio, vindicatio & evictio. Conf. *Jo. Georg. Walther*, de præſcriptione inter gentes, Viteb. 1751. §. 28. qui & huc refert *privatam* illam, ſed quarundam civitatum, in Græcia, communem legem, quam *Iſocrates*, ex perſona Archidami, objicit Thebanis, qui ſe pacem cum Lacedæmoniis negabant facturos, niſi reſtitutis Meſſeniis: ſe occupaſſe Meſſeniam abhinc trecentis annis, neque cuiquam incognitum eſſe, poſſeſſiones privatas, publicasque, diuturno tempore firmatas, proprias fieri, & patrimonii loco habendas eſſe. Vid. *Diodor. Sicul.* L. 15. c. 70.

Chriſtian. Henr. Breuning, in diſſ. de præſcriptione liberis gentibus incognita, Lipſ. 1752. c. 3. ita ratiocinatur: poſſeſſio, cum animo habendi, conjuncta, à dominio

minio juris naturalis non eſt diverſa. Amiſſa poſſeſſione, amittitur dominium. Etiamſi vi eripiatur poſſeſſio, ſimul tamen eripitur dominium, ita tamen, ut vim inferens, hoſtis fiat, & poſſeſſio rei ereptæ vindicari queat, qua denuo acquiſita, denuo dominium acquiſitum arbitratur Breuningius. At quis quæſo ipſi dabit, vi injuſta acquiri dominium? Corruit itaque omne, quod huic opinioni ſuperſtruitur. Specioſiora attulerunt alii, pro negando, præſcriptionis inter Principes, uſu.

§. 480.

Galli ad præſcriptionem provocarunt.

In Concilio Tridentino, cum Galli, contra Regis Hiſpaniæ prooedriam proteſtarentur, ad præſcriptionem provocarunt, apud *Goldaſt.* Scriptor. Tom. III. Item cum Carolus V. in Burgundiæ Ducatum prætenderet: Galli regerebant: que le Roi de France, continuant la poſſeſſion des trois Rois, ſes predeceſſeurs, c'eſt a ſcavoir Louis XI. Charles VIII. & Louis XII. dernier decedé, les quels avoient tenu & poſſedé icelle Duché de Bourgogne, comme unie & incorporée à la Couronne de France, par le tems, ou eſpace de quarante ans, ou environ. Vid. *Werlhof* Vindiciæ Grotiani dogmatis de præſcriptione, §. 51. qui & §. 38. appoſite quærit: quo jure coronam Gallicam in Carolinam ſtirpem, Pipinus, in Capetingicos, Hugo, transmiſere, ſi nunquam legitimis Regibus, interverſa poteſtas, in jus verum tranſit?

§. 482.

Exempla Principum, ad præſcriptionem provocantium.

Profana exempla collecta vide apud *Grotium* & Commentatores ad L. 2. c. 4. & *Reigersmann* de præſcriptione juris gentium, § 39. ſqq. Philippus poſterior, Macedoniæ Rex, de pace, cum Romanis agens, apud *Liv.* L. 32. c. 10. civitates, ait, quas ipſe cepiſſet, ſe liberaturum: quæ ſibi traditæ à majoribus eſſent, earum hereditaria, ac juſta poſſeſſione, ſe non exceſſurum. Conſtantius Sapori, Perſarum Regi, ſcribenti: ad usque Strymona flumen & Macedonicos fines tenuiſſe majores meos, antiquitates quoque veſtræ teſtantur, hæc me convenit flagitare; reſpondit: mirari ſe, oblitum illum eſſe, quod Perſæ Macedonibus ſervierint, quibus, per Romanos ſubactis, illorum etiam ſervi Romanæ ditionis facti ſint, apud *Ammian. Marcellin.* L. 17. c. 10.

Alberto, Regi Rom. telonia ad Rhenum repetenti, Archiepiſcopi, Moguntinus & Colonienſis, reſpondent in Chron. Colon. ad an. 1300. telonia noſtra, lon-

go tempore debite accepimus, & anteceſſores noſtri, longo tempore receperunt, & eos Reges Romani minime turbarunt, unde hæc telonia & nos, voluntarie reſignare nolumus.

§. 488.

Contra eum, qui prudenter tacet, non præſcribitur.

Unde *Grotius* L. 2. c. 4. §. 5. ad derelictionem præſumendam, requirit: ſilentium *ſcientis & libere volentis.*

§. 503.

Privati, Regalium capaces.

Sententiam, quæ privatos Regalium capaces eſſe, negat, captioſam merito vocat *Lyncker* Reſp. IX. n. 23.

§. 504.

Regalia poſſunt præſcribi.

Si ipſa Majeſtas, ſeu totus Regalium complexus, præſcriptione poteſt acquiri, dubium non eſt, ſingula Regalia poſſe præſcribi. Sic jurisdictionem, venationem, contra ipſum Principem, à ſubditis præſcribi, videmus. In Polonia, jus Salinas fodiendi, eſſe penes privatos nobiles de Morſtein, per præſcriptionem, teſtatur *Heinec.* ad Grot. L. 2. c. 4. §. 13.

§. 517.

An bona fides, gentium præſcriptioni neceſſaria?

Jacobus Carolus Reigersmann, in diſſertatione de præſcriptione juris gentium, §. 32. negat, bonam fidem in præſcriptione juris gentium eſſe neceſſariam, quoniam uſucapionis fundamentum unicum, inter gentes, ſit prioris domini derelictio, præſumta, ex patientia & ſcientia per longiſſimum tempus, quæ ſint nova qnaſi cauſa & titulus, unde poſſeſſio, ante quidem injuſta, fiat juſta. At oſtendimus §. 488. negligentiam, alteri jus nullum tribuere, nec præſcriptionis eſſe fundamentum, nec derelictionem præciſe involvere, utut in caſu, quo ſolo non - uſu jura extinguuntur, ipſa derelictio, cum negligentia ſit conjuncta. Quo pertinet quæſtio, à Reigersmanno propoſita: num Rex, qui hactenus habuit Imperium limitatum, acquirere poſſit abſolutum, longiſſimo tempore? Poteſt omnino, dummodo abſit vis, metusque, ſine quibus, ubi populus jure ſuo non utitur, omnino illud derelinquit, & tacite cedit.

§. 517.

Ignorantia, num præscriptioni est impedimento?

Ex capite ignorantiæ, contra præscriptionem tricennalem, restitutio in integrum datur. *Gail.* L. 2. Obs. 19. in fin. *Berlich.* P. 2. Concl. 10. n. 5. ad quadragenariam tamen, Berlichius id non vult extendi. Id certum, in immemoriali præscriptione, alterius scientiam non requiri.

§. 518.

Titulus, ad immemorialem præscriptionem non requiritur.

Si omnia ad prima principia revocanda sint, Galliæ regnum Romano imperio subjiciendum, utut per jocum, rectissime tamen legato Brandenburgico dixit Wilhelmus Fürstenbergius, Præsul Argentoratensis, apud *Pussendorf.* de reb. Brandeb. L. 18. §. 38. Conf. dicta ad §. 482.

§. 519.

Nec plura Secula præscriptioni sufficiunt, ubi suppetit vitii memoria.

Memorabile exemplum suppeditat *Stryck.* in Us. Mod. Pand. L. 10. T. 1. §. 16. 17. Civitas Zehden, in Nova Marchia, cum pago vicino, Hohen-Sahten, super limitibus disceptabat. Pagus Hohensahten possessionem, plus quam 100 annorum, allegabat. Civitas autem, documentum de 1299. ubi limites accuratissime erant descripti, & sequenti Seculo 1356. in judicio contradictorio confirmati, à Ludovico, Marchione Brandenburgico, dicto: der Römer. Read Facultatem Juridicam Halensem delata, hæc 1699. respondit: quamvis exceptio possessorum dicti pagi, lapsu tanti temporis, satis fundata videatur, cum & Regalia, tempore immemoriali præscribantur, cap. 26. X. de Verb. Signif. omniaque privilegia & jura non-usu amittantur, L. 1. Dig. de Nundin. in specie vero contra civitates, 40. annorum præscriptio, obtineat: tamen civitatem, ex documento de 1299. & judiciali confirmatione de 1356. in petitorio, jus clarum habere, & ea propter, *initium* possessionis contrariæ, à vicinis apprehensæ, manifeste esse vitiosum, & cum mala fide conjunctum, ac proinde effectum immemorialis possessionis impediri, cap. fin. X. de præscript. præsertim cum Hohensahtenses, à Zehdensibus toties interpellati, Commissionibus etiam hoc nomine petitis, quoties ab iis fuerint turbati, nec proinde quieta fuerit possessio.

§. 520.

Regalia immemoriali tempore præscribuntur.

Vid. cap. 26. vers. præterea, X. de Verb. Signif.

§. 522.

Præscriptio contra Principem.

Singularis est observatio *Bergeri*, in Oecon. Jur. L. 2. T. 2. §. 25. Not. 6. in nomine Principis passivo, adversus creditorem, minus currere præscriptionem, propter reverentiam & conveniendi difficultatem, quia Princeps judicialiter commode interpellari nequit, atque ita Senatum Appellationum Dresdensem 1677. pronuntiasse.

§. 529.

Privilegium: ne officiat præscriptio.

Jam olim Suevi, tali sunt gavisi privilegio, qua de re ita Speculator Saxo, L. 1. art. 29. Das Reich und die Schwaben mögen sich nimmer verschweigen an ihrem angefallenen Erb, dieweil sie es bezeugen mögen. Originem hujus privilegii, erronee ita narrat Jus Prov. Alem. c. 270. verbis: Das Recht, gab der König Carl den Schwaben, das beschahe bey den Zeiten, da die Römer den Pabst Leo hatten erblendet, der war König Carls rechter Bruder. Darnach besaß der König Carl Rom, da fiel der Hertzog Gerolt, von Schwaben, bey den ersten in Rom, und mit der Schwaben Hülff, gewann der König Carl Rom. Falsum, quod Leo Papa, fuerit Caroli M. frater. Et Geroldus, Bojoariæ & Sueviæ Præfectus, anno 799. occubuit in prœlio, cum Hungaris commisso, nec proinde anno sequente, interesse potuit expeditioni Romanæ. Conf. *Heinec.* Elem. Jur. Germ. part. 1. p. 581.

§. 546.

Consensus agnatorum in pacta dotalia.

Bene, rectèque, scribit *Coccej.* Jur. publ. c. 28. §. 4. consensisse videntur agnati in pacta dotalia, si præsentes siluerint. Dissentit quidem *Langgut* ad h. l. quia, ubi de obligatione, aut damno, agitur, silentium, pro dissensu magis, quam assensu, habendum, nisi ei lex civilis, vim assensus, speciatim tribuat, qualis tamen lex, hoc in passu haud extet: in dubio, subscriptionem & subsignationem, solius testimonii, non autem se obligandi causa, subjici. Rectius sentiunt, qui perhibent, agnatos rogari, pactis dotalibus interesse, iisque subscribere consensus, non

solius solennitatis causa, præsertim, cum pacta dotalia, testium numerum non præcise requirant, ut testamenta.

§. 548.

Filia, indigno nubens, dotem amittit.

Sic disponitur in der Hohenzollerschen Erb-Einigung, de 1575. Da ein Freulein, so ehelich gebohren von Zollern, sich ohne Vorwissen und Bewilligung ihres Herrn Vaters und Frau Mutter, mit einem, so ihrem Stande ungemäß, verheyrathen würde, soll sie ihres Heyrath-Guts, auch alles dessen, so sie von rechtswegen, und in Krafft dieser Unserer Erbeinigung, sonst, bey Unsern Erben und Nachkommen, in dem Hause Zollern, zu geniessen hätte, beraubt, auch mehrers nicht denn 200. fl. (welches gleichwohl bey gedachter ihrer Eltern Vollmacht stehen solle) gefolget werden.

§. 549.

Dotem, ab Apanagiato dissipatam, ex Apanagio non esse resarciendam,

dicetur ad Tom. 5. §. 797.

§. 553.

Apanagiatorum filiæ, à quo dotandæ?

Cum Apanagiati, Christiani Henrici, Marchionis Brandenburgico-Culmbacensis, filiæ binæ, nupsissent Principi hereditario Danico & Principi Ost-Frisiæ, hi 1724. à Marchione Bareuthino, uxorum nomine, dotem & apparatum nuptialem postulabant, provocantes inprimis, ad transactionem Geraviensem, de 1603. At responsi loco acceperunt, pacta hæc familiæ, solas filias Principum regentium concernere, seque eo minus quicquam debere, cum consensus Marchionis, in dictis nuptiis, haud fuerit requisitus. Consulta desuper Facultas Juridica Halensis, respondit: Marchionem ad nihil teneri, si vero ex liberalitate quicquam largiri velit, arcam provincialem, die Landschaffts-Cassa, non prius esse onerandam, quam auditi desuper fuerint: Ordines provinciales.

§. 562.

Maritagii collectæ.

Collectam sibi à civibus oppidi Craneburg 1340. stipulatur Dietericus, Comes Clivensis, apud *Dithmar.* Cod. Diplom. ad *Teschenmacher*, n. 24. & à civibus Udenheimensi-

heimenſibus 1350. Joannes, Comes Clivenſis, ib. n. 28. & quidem in eum caſum, ſi vel filii equeſtribus armis cingantur, vel filiæ nubant.

§. 578.

Burgundia in dotem data.

Promiſerat quidem Otto IV. Burgundiæ Comes, Comitatum ſuum genero, Philippo Longo, Gallo, in dotem, ita ut excluderentur filii naſcituri, & ſolo Apanagio contenti eſſe juberentur. Exitum tamen hoc pactum haud cepit. Sed Ottoni 1302. defuncto, ſucceſſit filius Robertus, & huic 1315. defuncto, demum ſoror, Joanna, uxor Philippi Longi.

§. 599.

Dos Comitiſſarum.

Rietbergicæ Comitiſſæ, ſi unica aderat, 20000. thal. ſi plures 10000. zuſamt Kleidern und Kleinodien, pro dote accipiebant, vi pacti ſororii de 1576.

Oettingenſes 6000. thal. quæ vero monaſterium ingrediuntur, accipiunt 2000. quibus acceptis, renuntiare tenentur dem Väterl. und Brüderl. Erbe, biß auf ledigen Anfall.

§. 600.

Reverſio, Rückfall.

Super mobilibus, in dotem datis, vel alias ad uxoris heredes reverſuris, ſimulac inferuntur, confici debet inventarium, illudque heredibus uxoris præſumtivis tradi, quibus eveniente reverſionis caſu, in ſecuritatem ſuarum prætenſionum, dotalitium tam diu ſolet relinqui, donec ſuper omnibus fuerit ſatisfactum. Interea fructus dotalitii, uſurarum loco, ita percipiuntur, nach Rechnung, oder in gewiſſem Anſchlag, ut id, quod uſurarum modum excedit, in ſortem imputetur.

§. 605.

Sumtus nuptiales.

Müller, Annal. Sax. ad an. 1656. ſcribit de ſecundis nuptiis, quibus Mauritius, Joannis Georgii I. Saxoniæ Electoris, filius, duxit Dorotheam Mariam, Vinarienſem: Dieſes Fürſtl. Beylager, hat der Churfürſt zu Sachſen, als Bräutigams Vater, zu Dreßden auszurichten, gutwillig übernehmen wollen. Nachdem aber Hertzog Wilhelm, daß ſolches zu Weimar angeſtellet werde, verlanget, hat der Churfürſt, aus freyem Willen, zum Beytrag geliefert 3. Fuder Francken-

Wein,

Wein, 6. Fuder Land-Wein, 200. Scheffel Haber, Dreßdener Maß, und 2000. fl. Geld.

§. 616.

Familiæ pacta, prohibent magnas acceptare dotes.

Pacto Hohenloico cavetur, ne dos major 10000. fl. acceptetur. Quo casu, id saltem actum censetur, ne per assecurationem majoris dotis, bona familiæ graventur, relicta ceteroquin facultate, assecurandi dotem majorem, in bonis, liberæ suæ dispositioni obnoxiis. Hinc, cum Comes Hohenloicus, irrequisito agnatorum consensu, duceret Principissam Holsato-Plœnensem, hæcque 24000. fl. inferret, post Comitis mortem quæsitum: an intuitu hujus dotis teneantur agnati? Negativam tuiti sunt JCti Tubingenses, quoniam dos, non in rem Comitatus versa, sed pro illa comparata erat separata præfectura Wilhelmsdorfensis, Comitatui haud incorporata. At affirmativa prævaluit in judicio Imperiali Aulico, quod tamen petitam restitutionem in integrum indulsit.

§. 621.

Ususfructus regni dotalis.

Socina, seu ut aliis dicitur, Odelinda, Alphonsi filia, Castiliæ regnum ad Silonem detulit, Sec. VIII. Isabella, Joannis II. filia, ad Ferdinandum Catholicum, Seculo XV.

§. 633.

Num dos ex Principatu filiæ soluta, eadem, sine liberis defuncta, penes maritum maneat, an ad Principem constituentem redeat?

Respondet *Cocejus*, in Deduct. in caus. illustr. p. 1058. Wenn kein anders pacisciret oder hergebracht, falle das Heyrathgut ohnzweiffentlich, auf den Landes-Fürsten wieder zurück, und bleibe nicht bey dem marito. Denn obschon gesagt werden möchte, daß dos profectitia, wie dieses Heyrathgut sey, alsdenn nur auf den Vater, der es entrichte, zurückfalle, wenn die Tochter in dessen Väterl. Gewalt annoch sey: Heutigs Tages aber, dieselbe durch Heyrathen sui juris und vor emancipirt geachtet werden: so sey doch solches gantz unerheblich, und 1) aus der Constitution und L. un. §. 6. C. de rei uxoriæ actione, am Tage, daß novo jure, das Heyrathgut, mortua uxore, niemand, als

lein Mariä Julianä jährlich zu reichen und zu zahlen Term. Martini 20. Rthlr. pro 54. Alb. Kr. zu welchem Ende Wir Deroselben zu Versicherung, pro speciali hypotheca, anweisen, Unsre zu Meisenheim, von dasigem Hof um Martini jährlich einfallende 40. Thlr. Wiesen-Gelder: gestalten Wir dieselbe, so viel obige 20. Thlr. betrifft, hiemit anweisen, und pro hypotheca speciali, in der besten Form Rechtens, einsetzen. Diesemnach thun Wir Uns, wegen der heut zu Tag, zu Unsern Handen, von wohlbesagtem Reichs-Freyherrn von Marioth, als fleissig erbethenem Vorstand, obbesagter massen überzahlter 1000. Thlr. guter Zahlung, bedancken, hiemit in bester Form quittiren, auch auf die Ausrede des nicht überzahlten Geldes, wohl wissentlich für Uns, und Unsere Nachkommen, renunciiren. Zu Urkund mehrerer Bekräfftigung vorbeschriebener Dingen, haben Wir Abbatißin, Probst, Priorin, und sämtliche Capitularinnen, Unser Convents-Siegel capitulariter und wohlbedächtig hier beygedruckt, auch von anwesenden Herrn Freunden diesen Brieff besiegeln und unterschreiben lassen: Wie auch den Hochwürdigen und Hochgelahrten Herrn J. Conr. Schwang, als judicem ordinarium, und von Sr. Churfürstl. Gn zu Trier, gnädigst ad hunc actum verordneten Commissarium, samt denen unten benahmsten Herrn Gezeugen gezimend ersucht, diesen Brieff gleichfalls mit ihren Unterschrifften und gewöhnlichen Innsiegeln zu approbiren und zu bekräfftigen. Geschehen sind diese Ding ohne Gefährde und Argliſt zu S. Thomas, d. 8. Dec. 1728.

f) *Nubentium.*

Plerumque autem filiæ illustres, dum nubunt, & pacta dotalia conduntur, aut pro re nata, pridie, aut postridie nuptiarum, solennem renuntiationis actum peragunt. Peculiare erat, quod Cunigunda, Archiducissa Austriaca, Bavariæ Duci 1487. nupta, demum post quinquennium 1492. renuntiationis instrumentum subscripsit, quoniam, patre invito, has nuptias contraxerat. Sponsos quoque sponsarum renuntiationibus, sua, suorumque parentum accessione ac ratihabitione, robur addere, observamus. Divi Imperatoris Josephi, filiæ, cum nuberent, ipsarum renuntiationes sponsi, primo per mandatarios, dein ipsi, una cum suis parentibus, jurejurando firmarunt.

g) *invitarum.*

Quæ renuntiare detrectant, ipso jure pro renuntiatis habentur, simulac ultimam dotis ratam acceperunt, id quod pactis peculiaribus declaratum, in do-

mo Auſtriaca, 1543. Hohenzollerana, 1575. & 1695. Naſſovio-Catimelibocenſi, 1607. Hanovica, 1610. Wedana, 1613.

h) *Renuntiatio plena.*

Modus, quo renuntiatio peragitur, variat, pro varietate pactorum familiæ. Ampliſſimum, exemplorum apparatum, ſiſtit *Moſeri* Teutſches Staats-Recht, Tom. XVI. Nonnunquam pleniſſime renuntiatur: auf Väterl. und Mütterl. Brüderl. und Schweſterlich, auch Vetterlich, und ſonſt alle, der Renuncianten angeſtorbene, oder hernach abfallende, Erbſchafften.

i) *Reſtricta.*

Plerumque vero reſtringitur renuntiatio: auf Väterl. Brüderlich- und Vetterliche Erbſchafft, ſo viel vom Hauſe N. herrühren, und mit Vorbehalt, daß denen renunciirenden, per teſtamentum was könne vermacht werden. In domo Palatino-Neoburgica, occurrit renuntiatio de 1597. extenſa: auf das Schweſterliche Erb, addita tamen limitatione: daß ſolches nur auf die, aus dem Hauſe Pfaltz herrührende Verlaſſenſchafft, zu verſtehen ſeyn ſolle. Renuntiatio quædam Badenſis, reſtringit: den Verzicht der Schweſterlichen Anfälle, auf ihr Heyraths-Guth.

k) Vorbehalt des ledigen Anfalls.

Communiſſime reſervatur caſus apertæ ſucceſſionis, & quidem vel deficiente ſtirpe maſcula, nach gäntzl. Abgang des Manns-Stammes vom gantzen Hauſe: vel certæ ſaltem cujusdam lineæ: vel denique deficiente diſpoſitione teſtamentaria. Comitiſſa quædam Stollbergenſis, reſervavit ſibi in caſum, ſi pater ſine deſcendentibus maſculis decederet, ſucceſſionem in certa bona, ſalva tamen parentis diſpoſitione teſtamentaria.

l) *Ejus origo.*

Antiquæ renuntiationes raro continent reſervationem: des Ruck- oder ledigen Anfalls, quippe quæ haud exiſtimabatur neceſſaria, cum fratribus deficientibus, ſucceſſio, ipſo jure, ad ſorores pertineret. At cum id, quod cap. 3. & 6. X. de renunt. dicitur: ad jura renuntiata non dari regreſſum, ad ſucceſſionum

num renuntiationes, in agnatorum favorem factas, incongrue applicaretur, invaluerunt, prudenterque adhibentur, reservationes, atque specifice distinctimque exprimuntur casus, qui prævideri saltem possunt.

m) *utilitas.*

Occurrit apud *Ludolf.* Obs. forens. Suppl. p. 271. casus, quo filia renuntians, in favorem stirpis masculinæ, reservationem juris succedendi, extincta mascula progenie, non expresserat. Existente casu excludebatur à tertio, cui testamento & pacto, ab ultimo successore, bona relicta. Alio casu, filia renuntians, reservaverat sibi successionem, si frater absque masculis decesserit. Extitit casus, non in persona fratris, sed ejus filiorum. Tum vero opponitur sorori, conditionem reservatam non extitisse, utut, haud abs re, soror interfereret, licet haud expressam, subintelligi tamen debere conditionem, de descendentibus ex fratre.

n) *pro se & heredibus.*

Clausula, quæ successionem reservat *sibi & heredibus*, Uns und Unsern Erben, non modo id operatur, ut si casus aperturæ haud contingat, vivo reservante, ejus tamen heredes adspirare ad successionem queant: sed & si vivo reservante, casus existit, ut ipse succedat, ac successionem ad heredes transmittat.

o) *Reservatio hereditatis materna, extranea, mobiliaris.*

Plerumque filiabus reservantur hereditates maternæ, ac successiones, à latere materno, forte sperandæ, Mütterliche und Großmütterliche Verlassenschafft, item Schwesterliche Anfälle, oder die von Mütterlicher Freundschafft sich begebende Erb- und Anfälle: Aliquando hereditates extraneæ, aut testamentariæ, die anderwerts, ausser dem Stamm- und Geschlechts-Hause, anfallende Erbschafften: oder wenn der Verzicht-Tochter von jemand, wer der in- oder ausser ihrem Hause, seyn möchte, durch Schenckung, Testamente, Codicille, donationes mortis causa, oder andern letzten Willen, etwas verschafft würde. In domo Saxonica, filiabus renunciantibus reservatur: Die von ihrem letzten, ohne Manns-Stamm absterbenden Bruder, hinterlassene Mobiliar-Verlassenschafft, ausserhalb Geschütz, Munition und Artillerie.

p) *Reſtringitur.*

Ipſi reſervationi ſucceſſionis, limitationes quandoque adduntur, prout e. c. filiabus Joſephi Imperatoris, cum ſucceſſioni renuntiarunt, reſervata quidem certo caſu ſucceſſio, hac tamen addita clauſula: Daß ſolcher Vorbehalt nur denen zu ſtatten kommen ſolle, welche der Römiſch-Catholiſchen Religion beypflichten.

q) *Effectus reſervationis.*

Quisnam ſit, vel eſſe debeat, effectus reſervatæ ſucceſſionis, aut omiſſæ reſervationis, acriter quandoque diſceptatur, præſertim, ubi ſuper ſucceſſione certant ultimi defuncti filiæ, ſorores, amitæ, earumve deſcendentes. Sunt, qui filias ultimi defuncti, præferunt reliquis: alii communi ſtipiti proximas: alii omnes ſimul admittendas volunt, in capita: alii in ſtirpes: alii denique mallent, filias cujusque lineæ capere id, quod ab illa linea provenit. Ante omnia extra dubium pono, in bonis familiæ, Stamm-Güthern, omiſſam reſervationem, non tribuere ultimo mari jus teſtandi, aut diſponendi, nec excludere filiam, quæ ſimpliciter renunciaverat. Id tamen operabitur omiſſa reſervatio, ut fœminæ, ultimo defuncto proximiores, e. c. filiæ, excludant remotiorem, quæ reſervatione ſibi forſan proſpicere potuiſſet. Je näher der Sippe, je näher dem Erbe. Quod adeo verum, ut ſi ſimpliciter renuntiatum, mit Vorbehalt ledigen Anfalls, adhuc ultimo defuncto proximiores præferantur, & ſucceſſio tunc demum intelligatur ad reſervantem devoluta, ſi proximitatis ordo eam tangit. Si autem reſervatio in ſpecie concepta, in caſum deficientis prolis maſculæ, reſervans præferenda videtur filiabus ultimi defuncti. Quo tamen caſu ſponte intelligitur, reſervantem, quæ tunc vocatur *Regredient*-Erbin, in ea ſaltem bona ſuccedere, quæ erant reſervata, non autem ſimul in illa, quæ ultimus defunctus alias poſſidebat, quorum tunc ſeparatio eſt inſtituenda.

r) *Controverſia Hanovica.*

Pertinet huc notiſſima illa controverſia, ſuper ſucceſſione in Comitatum Hanau. Diviſerat 1458. Philippus junior, cum patris ſui Reinhardi II. fratre, Philippo ſeniore, ditiones ita, ut hic Babenhauſen, ille Hanoviam, acciperet, uterque ſeparatas regiminis rationes haberet, ac duæ lineæ regentes eſſent, Münzenbergenſis & Lichtenbergica: extincta vero unius prole maſcula, mares ex al-

tera linea, nullis vero maribus ſuperſtitibus, fœminæ ſuccederent. Ultimo mare lineæ Münzenbergenſis, 1642. mortuo, ſuccedebat Fridericus Caſimir, Comes in Hanau-Lichtenberg, qui 1643. cum filia Münzenbergica, Amalia Eliſabetha, nupta Landgravio Haſſo-Caſſellano, iniit pactum, ut pro ſumtibus levatæ 1636. obſidionis Hanovicæ, domui Caſſellanæ promitteretur ſucceſſio in Hanau-Münzenberg, ſimulac maſcula deficeret proles. Hoc pactum ab Imperatore demum 1728. confirmatum, poſteaquam domus Caſſellana 1724. ſibi à Saxone expectantiam, quam habebat in ditionem Hanovicam, cedi curaſſet. Ultimus Comes Hanovicus, Joannes Reinhardus, agnoſcebat Caſſellanum pro ſucceſſore Hanovico, & admittebat 1730. militem præſidiarium Caſſellanum, in ſuum Comitatum: at præfecturam Babenhauſen & Schafheim, ſymbolice tradi curabat Principi Darmſtadino, ſuo, ex filia nepoti, & Carolus Caſſellanus, Darmſtadino promittebat manutenentiam, quoniam tempore diviſionis 1458. Babenhuſa, jam penes lineam Lichtenbergicam extiterit, nec proinde pars eſſet ſucceſſionis Münzenbergicæ. Caroli Caſſellani filius, Fridricus, Sueciæ Rex, renuntiabat 1735. ſucceſſioni Hanovicæ, quique in eam ſuccedebat Wilhelmus, Friderici frater, nolebat agnoſcere pactum Caroli, cum nec patris, nec fratris ſui, heres exiſteret, & Babenhuſam quoque prætendebat, quoniam jus primogenituræ, jam 1375. ab Ulrico V. introductum, ſub eaque Babenhuſa jam fuerit comprehenſa. Darmſtadinus econtra excipiebat, à pacto primogenituræ per diviſionem de 1458. eſſe diſceſſum. Caſſellanus occupabat Babenhuſam, & Darmſtadinus litem proſequitur. Conf. Monita ad Tom. 4. §. 172.

§. 120.

Numeroſa proles, nunquam nimia.

Memorat *Nicolaus Leutingerus*, Comment. rer. Marchic. P. VII. f. 12. convenisse 1318. in monte quodam, prope Ratenau, 19. Marchiones Brandenburgicos, graviterque de numeroſa nimis familia, ac metuenda inde ſplendoris diminutione, eſſe conqueſtos: at mirando eventu hos omnes, intra biennium fuiſſe extinctos.

§. 126.

Fideicommiſſa, an Germanis incognita?

Putat quidem *Carolus Fridericus Stiglz*, de fideicommiſſis familiæ, §. 4. fideicommiſſa Germanis primum ignorata, demum à Romanis ad eos tranſiſſe, hodie-

hodieque eos, nonnisi Romano fideicommissorum verbo, uti. Sed & Germanica voce: Derer Vorschickungen, fideicommissa denotari solent.

§. 127.

Pactum familiæ Oettingense de 1522.

ita fert: Daß Unser keiner, noch Unser keines Erben, niemands anderm, einem oder mehr Mann, oder Frauen, Geistl. noch Weltl. Personen, wie sie genannt, die nicht Unsers Nahmens, oder Stammes sind, von keinerley Sachen wegen, dieweil Grafen zu Oettingen am Leben sind, weder im Leben, noch am Tod-Bett, über 2000. fl. Rheinl. oder derselben Werth, an Unser Grafschafft und Herrschafft liegenden Güthern und Gülten, nichts zu schaffen, vergeben noch ändern soll, noch möge. Contra hoc pactum, cum 1710. Albertus Ernestus, Princeps Oettingensis, Antonium Carolum Wallersteinensem, sibi successorem declararet, præterito proximiore Ignatio Spielbergensi, posterius pactum 1740. annullatum, & divisio juxta pactum familiæ de 1522. peracta.

§. 129.

Mobilia familiæ fideicommissa.

Ferdinandus II. Imperator, de familiæ Clinodiis 1621. ita disponit: Die Kleinode, welche von unsern Löbl. Voreltern herkommen, und zu Hauß-Kleinodien dergestalt verordnet sind, daß sie daraus nicht sollen noch mögen alieniret werden, und in unserm Inventario mit H. K. bezeichnet sind, sollen dabey verbleiben, und in des regierenden Herrn und Landes-Fürsten Handen gelassen werden.

Cum Joannes Georgius, Dux Saxo-Weissenfelsensis, pretiosa quædam, ad familiam pertinentia, partim donasset, partim alienasset, consulta Facultas Juridica Halensis 1721. respondit, revocari illa omnino posse. Postea fratre, ac successore ipsius, Christiano, mortuo 1736. frater Joannes Adolfus, hereditatem cum beneficio inventarii adibat, JCtosque Halenses interrogans: num successor ex latere, teneatur solvere debita antecessoris, ex pretiosis, ac mobilibus, ad familiam spectantibus? responsi loco accipiebat: Daß der Hochfürstl. Lehns-Folger die Schulden seiner seit-werts verwanten Durchlauchtigen Vorfahren, aus

denen

denen verlassenen pretiosis und Familien-Stücken, keines weges zu bezahlen, noch selbige dieserhalb in Anschlag bringen zu lassen, verbunden.

Unio hereditaria Mansfeldica de 1520. disponit: Wir wollen bewilligen, und ordnen auch, daß hinfort zu ewigen Zeiten, dieweil der männliche Stamm und Geblüt des Nahmen Mansfeld lebet, daß alle unsre Büchsen, mit ihren zugehörenden Kugeln, Salpeter, Pulver, und anderm dazu gehörend, desgleichen alle unsre Kleinod, und Gefässe, sie seyen silbern oder gülden, Perlen oder Edelgestein, versetzt und unversetzt, für kein Erbgut, oder erbl. Gerechtigkeit geachtet und gehalten werden soll, also daß keine von Mansfeld, weiblichen Geschlechts, in Ewigkeit, solche angezeigee Güther, als Erbgut und erbliche Gerechtigkeit, möge, oder solle haben, und darin succediren, sondern solche obberührte Güther, sollen allezeit auf den nächsten Gesipten des männlichen Stammes und Nahmens fallen.

§. 132.

Fideicommissum familiæ, in dubio, ad solos fideicommittentis descendentes restringitur.

Cum Cæsar Gonzaga, Dux de Guastalla, ordinasset in codicillis (unde apparet, testamentarium fuisse hoc fideicommissum: sed & conventionali similis poni potest conditio) de 14. Febr. 1632. ut clinodium, à Rege Hispaniarum sibi dono datum, maneat perpetuo in *sua* domo, nella *mia* casa, & semper sit primogenitorum ipsius, subjecta severa alienationis prohibitione: consilium Imperii Aulicum 1728. judicavit, his verbis contineri fideicommissum masculinum allodiale, ita ut illud, extincta fideicommittentis sobole mascula, pariter extinguatur, atque adeo clinodium, tanquam res liberæ dispositionis, & ab omni onere fideicommissi levata, ab ultimo illius lineæ masculo, ad ejusdem fœminas (non ad alterius, fraternæ scilicet lineæ, masculos,) descendentes, communi lege successionis deferatur, quia in dubio, pro libera potius qualitate, quam fideicommissi onere, pronuntiandum. Vid. *Berger* Oecon. Jur. L. 2. T. 4. §. 32. Not. 4.

§. 132.

a) *In fideicommisso, ad plures lineas extenso, filia lineæ senioris, excludit mares lineæ junioris.*

Si in pluribus lineis primogenituræ stabilita, ita ut lineæ exarescenti, substituatur superstes, tunc nihilo secius, filia ultimi defuncti, excludit mares ex fœminis

fœminis alterius lineæ, quippe qui, jure materno nitentes, fœminarum jure cenſentur. Pertinet huc caſus Rietbergicus:

Conradus VII. offert Comitatum Rietberg Haſſiæ Landgravio in feudum 1456.

Joannes † 1562.

Armgard in Rietberg † 1584. — Walpurg. in Eſens & Witmund, Ux. Ennonis III. Oſtfriſ.

Catharina Sabina, Ux. Joan. Oſtfriſ. Com. — Agnes, Ux. Gundac Lichtenſtein.

Ferdin. Franc. Canonicus Colon. — Joannes. — Hartman.

Franc. Adolf Wilh. Canon. Arg. † 1690. — Ferd. Max. † 1687. — Bernhardina Sophia. — Maria Leopoldina. — Anton Florian, Princeps Lichtenſtein.

Maria Erneſtina Franciſca, Ux. Com. Kaunitz.

Inierant in Comitatu Rietbergico ſorores, Armgard & Walpurgis, pactum ſororium Eſſenſe 1576. vi cujus, in quavis linea, primogenitus deberet ſuccedere, ſtabilita ſimultanea inveſtitura, & ut maſculis deficientibus, fœmina ſuccederet in ſubſidium. Hoc pactum repetierunt Catharina Sabina & Agnes, ſorores, Berumi 1600. Maribus deficientibus 1690. Maria Erneſtina ſuccedit, & inveſtituram impetrat 1692. contra nitente Lichtenſteinio, tum ob prærogativam ſexus, tum etiam, quod primum acquirentem propius attingeret. At vincebat Maria Erneſtina in judicio Imperii Aulico, in poſſeſſorio 1702. & in petitorio 1714. Ac licet Lichtenſteinius reviſionem peteret, & 9000. fl. ſportularum

loco

loco deponeret, tamen iterum vindicabat Kaunitzia. Quare Lichtenſteinius, poſtea reſtitutionem in integrum petens, cauſam communem faciebat cum Principe Oſtfriſiæ, 1718. interveniente. Negabant nimirum, fuiſſe Conrado VII. filium Joannem, ſed filiam Adelheidem, nuptam Ottoni, Comiti Hoyenſi, ex cujus poſteris maribus, in quarta generatione, nata ſit uxor Ezardi I. Oſtfriſii, cui proinde, tanquam proximiori, debeatur ſucceſſio. Provocabant ſimul ad inſtrumentum, noviter repertum, teſtamentum puta Joannis, Comitis Oſtfriſii, qui Catharinam Sabinam duxerat. Hoc teſtamento continebatur, daß auf den Fall Unſer Manns-Stamm gäntzlich abgienge, es bey dem Behrumiſchen, und andern Erbverträgen, verbleiben, jedoch wenn einige Tochter vorhanden, dieſelbe vom nächſten *agnato ſucceſſore* mit 100000. Thlr. ſoll abgefunden werden. Quod teſtamentum confirmaverat Ferdinandus II. Imperator 1627. Oſtfriſio tamen inprimis obſtabat, quod in ſimultanea inveſtitura nou comprehenderetur. Tandem Lichtenſteinius cum Kaunitzia transegit, proteſtante deſuper Oſtfriſio. Pro Kaunitzia ſcripſit *Jo. Henr. Münch* diſſertationem de pacto hereditatis fœminarum illuſtrium acquiſitivo, Gieſſ. 1715. Quem *Harpprechtus*, Lichtenſteinii partes defenſurus, edidit: non-uſum Speculi Suevici, attigimus Tom. 1. §. 37. Pro Oſtfriſio prodiit Vorläuffige Anzeige des, in dem Fürſtl. Hauſe Oſt-Frießland noch aufrecht ſtehenden Rietbergiſchen Manns-Stammes, bey der Rietbergiſchen Erblehns-Folge habenden Rechtens und Intereſſe, 1718. fol. & Abdruck des völlig bey Kayſerl. Reichs-Hof-Rath geführten und geſchloſſenen Proceſs, beſtehend im libell, exceptionibus, replicis & duplicis, in Sachen Herrn Anton Florian und Conſorten, Fürſten von und zu Lichtenſtein, Klägern, contra Frauen Mariam Erneſtinam Franciſcam, Gräfin von Kaunitz, gebohrne Gräfin zu Oſt-Frießland und Rietberg, bekl. petitorii, in puncto ſucceſſionis in die Grafſchafft Rietberg.

b) *Pacto, vel Teſtamento, lex poteſt poni fideicommiſſo.*

Aliter res cecidit in Comitatu Sayn-Altenkirchen, ubi mortuo 1741. ultimo ejus poſſeſſore, Wilhelmo Henrico, Duce Saxo-Iſenacenſi, Comitatus ceſſit non ſorori defuncti, Carolinæ Chriſtinæ, ſed cognato remotiori, Marchioni Brandenburgico-Onolsbacenſi, quia Johannetta, à qua prætendentes deſcendebant, de hoc ſuo allodiali Comitatu, teſtamento, de 30. Nov. 1685. diſerte diſpoſuerat, ut ille filio ſuo ſecundogenito, Joanni Wilhelmo, ejusque poſteris maſculis,

culis, juxta primogenituræ jus cederet, quibus, in casu deficientis prolis masculæ, senior frater, Joannes Georgius, cum suis posteris masculis, erat substitutus: maribus autem plane deficientibus, Comitatus ad filiam testatricis superstitem, ejusque descententes mares, perveniret, & filiabus ultimi defuncti, quarta pars redituum, in pecunia numerata, seu prout 1699. summa pacto definita, 12000. thal. solverentur. Conf. Standhafftige Vertheidigung des Hochfürstl. Brandenburg-Onoltzbachisch. Successions-Rechts in die Reichs-Grafschafft Sayn-Altenkirchen: nebst der Frau Landgräfin Carolinä Christinä, zu Hessen-Philipsthal, deduction.

Johannetta, Ux. Jo. Georg. Sax. Isenac.

Eleonor. Erdm. Louise, Ux. Jo. Frid. Br. Onolsbac.

Jo. Georg.

Jo. Wilhelm.

Wilh. Frid.

Carol. Wilh. Frid.

Wilh. Henr.

Carolin. Christina, Ux. Landgr. Philipsth.

§. 141.

Debita fideicommittentis,

post constitutum fideicommissum contracta, ex fideicommisso non sunt solvenda, si pacto illud constitutum: at si ultima voluntate fideicommissum constitutum, illud hereditatis rationem habet, ac, nonnisi deducto ære alieno, intelligitur.

§. 159.

Divisio feudi ex Sec. X.

Apud *Reginonis Continuatorem* ad an. 949. jam dum occurrit exemplum Comitis Utonis, feudum, cum Imperatoris consensu, dividentis.

§. 165.

Primogenituræ,

à senioratu distinctæ, prima vestigia quærunt in dispositione Rudolfi Habsburgici, de 1283. quam excepit illa Aureæ Bullæ, & Brandenburgica de 1473.

In domo *Lœwensteinia*, Ferdinandus Carolus 1672. defunctus, primogenituræ jus, testamento, in linea Principali, introduxit. Inter Comites Lœwensteinios, ne dum quidem obtinet, sed potius statuto à Ludovico Comite, ejusque conjuge, Anna, 1597. condito & à Rudolfo II. Imperatore, confirmato, prohibitum.

In domo *Oettingensi*, primogenituræ jus testamento introduxit Ludovicus Senior, Comes, qui primus Augustanæ confessioni accessit. Dignitas Principalis, vi diplomatis Imperialis, juxta jus primogenituræ defertur.

Reussii Comites, in Recessu de 1668. de jure primogenituræ introducendo, pepigerunt, illudque ulterius firmarunt 1681. vi cujus in linea seniori nonnisi duo, in juniore, nonnisi tres domini regentes admittuntur, simulque cautum, ne teneantur primogeniti, augere postgenitis apanagium, in casu auctorum redituum, per novas acquisitiones, aut aperturam feudorum vacantium.

In domo *Schwarzburgica*, lineæ Rudolstadensis, Imperator primogenituræ jus confirmavit 1716. in Sondershusana demum 1719. hac addita limitatione: Nachdem der Herr Fürst zu Schwartzburg-Sondershausen, seinen beyden Herrn Söhnen, Fürst Rudolfen und Fürst Christian, pro Apanagio über die ausgesetzte jährl. 4000. Thlr. jeglichem noch 1000 Thlr. jährl. mithin 5000. Thlr. zugelegt, daß der Herr Fürst auch denen übrigen 3. nachgebohrnen Herrn Söhnen, als Fürst Heinrich, Fürst August, und Fürst Wilhelm, gleiches beneficium angedeyhen, mithin auch diesen drey ihr Apanagium, jeglichem biß auf 5000. erhöhen. solle.

Waldeccense primogenituræ jus, renovatum pacto de 1695. & confirmatum ab Imperatore 1697.

Recen-

Comites de *Wied*, priſcum primogenituræ jus neglexerunt iterum, ac diviſionem Comitatus ſuſceperunt, præſertim 1581. mortuo Joanne Comite, ortaque ſuper ſucceſſione lite coram Camera Imperiali, inter Hermannum & Guilielmum, fratres, quippe quæ transactione 1595. ita ſopita, ut Wilhelmo optionis jure ceſſerit Wied-Runckel, liberis Hermanni autem, Comitatus Neu-Wied.

Yſenburgica domus, pacto recepit primogenituræ jus 1712. anno ſequenti ab Imperatore confirmatum.

§. 167.

a) *Præſumtio primogenituræ.*

Eorum rejicimus regulam, qui in Principatibus, in dubio, pro primogenituræ jure: in Comitatibus, pro diviſione, præſumendum volunt.

b) *Subjectum juris primogenituræ.*

Perſona, cui in ſucceſſione inæquali præcipuum, vel potiſſima pars, relinquitur, ſolet eſſe primogenitus, quia is, ut ætate, ita & conſilio, ac præſtantia, reliquos vincere præſumitur. Quodſi vero pater, cui plena de rebus ſuis diſponendi competit facultas, quique ad conſervandum familiæ ſplendorem, bona ſua vult indiviſa, ex poſtgenitis, quendam aptiorem primogenito, judicat, ipſa illa libera diſponendi facultas, jus ipſi tribuit, regimen tribuendi pro lubitu ei, cui voluerit. Nec deſunt veſtigia, obſervati antiquitus, hujus moris.

De *Flandria* ſcribit *Lambertus Schafnaburgenſis*, ad an. 1071. In Comitatu Balduini, ejusque familia, id *multis jam Seculis* ſervabatur, quaſi ſancitum lege perpetua, ut unus filiorum, *qui patri potiſſimum placuiſſet*, nomen patris acciperet, & totius Flandriæ Principatum, *ſolus*, hereditaria ſucceſſione obineret, ceteri vero fratres, aut huic ſubditi, dictoque obtemperantes, ingloriam vitam ducerent, aut peregre profecti, magis propriis rebus geſtis florere contenderent, quam deſidiæ, ac ſocordiæ dediti, egeſtatem ſuam, vana majorum opinione, conſolarentur. De *Auſtria* teſtatur *Cuſpinianus*: Leopoldus junior, ejus nominis quintus, Divi Leopoldi & Agnetis *tertius* filius, & Auſtriæ Marchio ſeptimus, Largus cognomine dictus, quem ob amorem pater majori filio, Henrico, in adminiſtratione præpoſuit, & Marchiam annis ſex gubernavit.

Recen-

Recentiora ſunt inſtituta familiæ *Fürſtenbergicæ*, quam, cum Leopoldus Imperator 1664. Principali dignitate ornaret, ſimul hoc mactavit privilegio, ut pater é filiis, cui voluerit, ſucceſſionem tribuere poſſit. Qua tamen in gente, poſtmodum, primogenituræ jus introductum. Comites de *Wied*, familiæ pacto de 1613. pariter ſtatuunt: integrum eſſe debere parenti, é filiis regimini deſtinare, quem voluerit; ſi nihil diſponit, tunc demum ſuccedere primogenitum. In gente *Kœnigseckia* vi pacti familiæ de 1681. pater ſibi ſucceſſorem poteſt eligere. Imo jam Hugo, ſator lineæ Kœnigseckio-Rotenfelſenſis 1666. decedens, diſponit: Würde der regierende Sohn zwar mit männlichen ehelichen Erben geſegnet ſeyn, jedoch ſeine Linie, und deſcententes maſculi, künfftiger Zeit deficiren und abſterben, ſo ſoll alsdenn, gedachter mein Sohn Ignatius Euſebius, oder ſo er nicht mehr am Leben, ſein älteſter Sohn, da er anders tüchtig, in der Regierung nachfolgen, welches gleichwohl mit der modification zu verſtehen, woferne er Ignatius mehr Söhne hätte, und er unter denſelben einen zur Regierung ſelbſt erwehlen würde, daß es bey ſolch gemachter Ordnung ſeine Bewendniß, in alle Wege haben ſolle. Adde, quæ de gente *Oſtfriſica* & *Lippiaca* occurrunt §. 546. Facile autem patet, omnem illam prærogativam, quæ poſtgenito cuidam tribuitur, nomen juris, primogenituræ haud mereri.

§. 178.

Senioratus Brunſuicenſis.

Privilegium Caroli V. de 1555. ita fert: Wenn Samt-Belehnung ſoll geſonnen und empfangen werden, ſoll der älteſte der ſamtbelehnten Fürſten der Häuſer Braunſchweig und Lüneburg, die Lehn ſinnen und empfangen, für ſich, und die jüngere alle, von denen er Gewalt einzubringen. Wo mitler Zeit, und ehe der Fall der Empfängniß ſich zuträgt, einer von den Fürſten, ſo die Lehnspflicht nicht gethan, an die Fürſtl. Regierung tritt, ſoll derſelbe nichts deſtoweniger, in Jahres-Friſt, Lehns-Pflicht erſtatten, und er denn in der ſämtlichen Lehnſchafft nicht weniger begriffen ſeyn. Anno 1706. domus Guelpherbytana cum Hannoverana convenit, daß dasjenige Hauß, bey dem das ſenium ſey, auf Reichs- und Creiß-Tägen zu erſt ſoll aufgeruffen werden. Hinc quoties Senioratus ad alium devolvitur, id notificatur ſummis Imperii tribunalibus: Es wird angezeigt, und die Anzeige devolvirten Senioratus ad acta decretirt, hoc modo:

Martis 21. Febr. 1736.

Zu Braunschweig-Lüneburg, Hertzoge, in puncto Senioratus Königl. Großbritannischer und Chur-Braunschweigischer Gesanter von Erffa, sub præs. 20 Sept. an. præt. übergiebt allerunterthänigste Anzeige, durch den Todes-Fall weyl. Hertzog Ferdinand Albrechts, auf Ihr. Kön. Maj. von Groß-Britannien und Churfürstl. Durchl. zu Braunschweig-Lüneburg, gediehenen Senii und zustehenden Mitdirectorii des Nieder-Sächsischen Creises, mit Bitte, in denen vorfallenden expeditionen das nöthige sowohl, als auch wegen Chur-Braunschweig vor Magdeburg zustehenden præcedenz, beobachten zu lassen.

Ponatur ad acta.

§. 179.

Senioratus in gente Anhaltina,

ita viget, ut inter Principes regentes is, qui primus regimen capessivit, reliquis præcedat.

§. 180.

a) *Senioratus Hohenloicus.*

Unio hereditaria Hohenloica de 1511. continet: Wir haben Uns vereinigt und vertragen, daß hinfüro, in ewigen Zeiten, allweg der älteste Graf von Hohenloe, nicht nach der Linie, sondern vom Alter und Geburt, soll verwalten, von der gantzen Grafschafft wegen, alle geist- und weltl. Lehnschafft, dieselbe alle, so offt sich gebühret, verleihen, aber doch die fleißigl. handhaben, mehren und nicht mindern, davon keine Veränderung thun, oder beschehen lassen, ohne der andern Grafen aller, oder des mehrern Theils Willen und Gunst. Doch ob ein weltl. Lehn verfallen oder ledig würde, das soll zu aller Grafen, die im Regiment sind, gemeiner Nutzbarkeit stahn: desgleichen die Handlohne von den Lehngütern, sollen auch gemein seyn: Aber die geistlichen Lehn, so in eines jeden Theils, sonderlich ihre Obrigkeit, begriffen sind, sollen durch desselben Theils Vorbitte, von den ältesten geliehen werden.

b) *Nassovicus.*

Domus Dillenburgensis & Weilburgensis 1736. pactum hujus tenoris inierunt: Weil die Angelegenheiten Unsers gesamten Hauses Nassau, in vertrau-

licher

licher Correspondenz zu besorgen, ein Seniorat, oder Directorium, erfodert wird: so sind Wir Christian, Fürst zu Nassau, zwar erbietig gewesen, mit Unsers Vettern Herrn Carl August, Graf zu Nassau, Lbden, hierinn jährlich zu alterniren: Wir Carl August, Graf zu Nassau, aber, haben Uns hingegen freywillig erklärt: Ihr Lbden dieses directorium, die Zeit Lebens, beständig allein führen zu lassen, und nur bedungen, daß nach Dero, in GOttes Handen stehenden Ableben, dasselbe auf Uns, auch die Zeit Lebens, getragen und verbleiben solle. Und so solle es auch künfftig hin, daß jederzeit der älteste in denen beyden Linien das directorium ad dies vitæ führe, gehalten werden.

c) *Oettingensis.*

In familia Oettingensi, vi pacti familiæ de 1410. & 1446. semper senior familiæ, Vasallorum investituram, nomine toties familiæ, peragit. Quemadmodum & senior familiæ, Imperii feuda, ab Imperatore recognoscit, als Lehnträger, ita tamen, ut sumtus impendendos, omnes conjunctim ferant. Idem obtinet in domo *Fürstenbergica*, *Solmensi*, *Ysenburgensi*.

d) *Reussiorum.*

Nach dem Reußischen Geschlechts-Recess de 1690. §. 19. soll das Geschlechts-Seniorat und Adjunctur, nur dem regierenden Herrn, zukommen. Es wird ein Rath insgesamt bestellt, welcher dem Geschlechts-Seniori mit expeditionibus, Schrifften und Gutachten, an Handen gehet, stehet in gesamten Hauses Pflichten und Bestallung, hat auch alle Reichs- und Creiß-Anlagen, Cammer-Zieler, und Correspondenz, und andre, zur Conversation gemeinschafftlicher jurium, nöthige Gelder, nach dem Repartitions-Fuß einzucassiren und zu besorgen. Vid. *Mosers* Teutsches Staats-R. Tom. XXII. p. 504.

§. 181.

Jura Senioratus variant.

Quemadmodum senioratus, in genere consideratus, est prærogativa, seniori competens, ita apparet ex dictis, variare senioratus jura, pro pactorum varietate. Mox senioratus juxta ætatis, alia vice juxta regiminis annos, computatur: mox ipsum regimen tribuit: mox directorium rerum, in communione familiæ existen-

existentium: nonnunquam jurium Senioratus, etiam apanagiati, censentur capaces: aliquando soli regentes, cujusque lineæ.

§. 188.

Curator minorennis, ad negotium primogenituræ, à Commissario Cæsareo potest confirmari.

Facit huc conclusum judicii Imperialis Aulici d. 4. Oct. 1729.

Zu Stollberg, Graf Christoph Fridrich, confirmationis dispositionis paternæ, & inibi constitutæ primogenituræ.

1. Cum inclusione exhibiti rescribatur dem Grafen zu Hanau: Ihro Kayſ. Maj. wären, wie insgesamt des Löbl. Reichs-Grafen-Standes Erhaltung und Aufnehmen, so auch besonders, des uralt Reichs-Gräfl. Stollbergischen Hauses, Conservation, zu befordern, gnädigst gerne geneigt. Nachdem aber bey dem, von dem supplicirenden Grafen, Christoph Fridrich, einzuführen vorhabenden primogenitur-Recht, eine, sowohl auf den Nutzen und Wohlfahrt seines Gräfl. Hauses, als auf anders, besonders derer nachgebohrnen Söhne, dabey unterlauffendes Interelle, gerichtete Cognition, vorhergehen zu lassen, nöthig seyn will: Als hätten Ihr. Kayserl. Maj. Demselben hierüber die gehörige Untersuchung, mit dem gnädigsten Befehl, auftragen wollen, daß gleichwie Ihr. Kayſ. Maj. deshalben, denen minderjährigen Gräfl. Söhnen, ad hunc actum, den Jobst Christian, Grafen zu Stollberg-Roßla, pro curatore ernennet, und ihm dessentwegen das behörige, laut copeylichen Anschlusses, aufgegeben, derselbe autoritate Cæsarea, von ihm, die gewöhnliche *Curatel*-Pflicht *ad hunc actum* abnehmen, so fort mit allerseitigen Vernehmung, die Untersuchung gebührend vorgehen lassen, und an Ihr. Kayſ. Maj. über den Vollzug, mit Beyschliessung des protocolli und angehängten seinem räthlichen Gutachten, in termino duorum mensium, den gehorsamsten Bericht einschicken wolte.

2. Rescribatur dem Graf Jobst Christian zu Stollberg-Roßla . . . . . Als wolten Allerhöchst Dieselbe, ihm solches hierdurch, mit dem gnädig-

gnädigsten Befehl, kund thun, daß er auf Erfodern des Kayserl. Commissarii, Grafen von Hanau, bey demselben die *Curatel*-Pflicht, *ad hunc actum*, ablege, und bey vornehmender Untersuchung, derer Curanden bestes, nach Gelegenheit dieser, die gemeinsame Wohlfahrt und Aufnehmen des Gräfl. Hauses, betreffenden Sache, treulich zu besorgen, sich angelegen seyn lassen wolle.

§. 198.

Acquirenda, sub primogenitura regulariter non comprehenduntur.

Ea, quæ demum post introductum primogenituræ jus, acquiruntur, in dubio eidem obnoxia non sunt, quia pacta, in facto consistentia, strictam recipiunt interpretationem. In Bavaria dudum viguerat primogenitura, cum Landgraviatus Leuchtenbergensis matrimoniis acquireretur. Atque hic, ad secundogenitum perveniebat, pariter ac Dynastia Mindelheimensis.

§. 199.

Primogenitus quis?

In dem Altenburgischen Haupt-Vertrag de 1672. statuitur: Gleichwie nun dieser gantze wichtige Vergleich, nicht anders, als auf beständige Stiftung unaufhörlicher Freundschafft und Zusammensetzung, angesehen und erbauet: also vereinbahren und erklären Wir Uns auch, bey dem Haupt-Stück und Fundament dieses Vergleichs, allerseits dahin, damit Unser beyderseits Fürstl. Häuser, inskünfftige, um so viel mehr, in beständiger Einträchtigkeit erhalten, und alles Mißvernehmen abgewendet werde, des Innhalts: daß die bey diesem Fürstl. Samthause aufgerichtete Verträge, und ausgelassen kundbare Schrifften, auch judicial- und extrajudicial-Einwendungen, die *primogenitur* allwege nach dem würcklichen Alter, so im natürl. Lauff der Jahre, Monathe und Tage, bestehet, nicht aber nach den Linien, noch repræsentation, noch fictione juris, gerechnet, und geachtet werden solle.

§. 203.

Jus primogenituræ inter filias.

Joannes Ludovicus, Comes Sulzensis, inter filias suas primogenituræ jus introduxit, ab Imperatore confirmatum. Num primogenituræ jus, in genere introductum,

ductum, extincta maſcula ſtirpe, pariter inter fœminas ſuperſtites obtineat? decidendum videtur ex ratione & fine principali introducti primogenituræ juris, qui in publicis regnis & principatibus eſt eorum individuitas. Quamobrem, ſi ſucceſſio fœminina, in tali regno admiſſa, dubium non eſt, juxta primogenituræ jura illam fieri debere. Eandem individuitatem terrarum, per- illuſtris *Cramerus* pro fine primario venditat, vigentis, in Germaniæ principatibus, primogenituræ juris. Quo poſito, & in his, primogenituræ jura ad filias tranſire debent. Econtra celeberrimus *Moſerus*, conſervandum familiarum ſplendorem aſſumit pro fine primario juris primogenituræ, in Principatibus Germaniæ, ac porro infert, quoniam cum maribus deficit familia, deſinere pariter receptum, pro ejus conſervatione, primogenituræ jus, ac potius inter filias ſuperſtites, diviſionem eſſe admittendam.

§. 206.

Renuntiatur primogenituræ.

Anno 1524. Otto Henricus, Ruperti Palatini filius, reverentia paternæ voluntatis ductus, patruo Friderico II. ſucceſſionem in Palatinatu reliquit. Vid. *Freher.* ad c. 7. A. B. p. 601.

§. 206.

Primogenitura Brandenburgicæ.

Id valde eſt memorabile, quod Fridericus I. Elector Brandenburgicus, in diſpenſatione de 1437. Electoratum Friderico, ſecundo genito, ſaltem ad vitæ dies, attribuit, ita ut eo mortuo, Electoratus tranſeat ad quartogenitum, & hoc demum fatis functo, ad ſecundogeniti filios laicos perveniat, his verbis: Zum erſten haben Wir beredet, beteidiget, geordnet, und geſetzt, ob geſchehe, da GOtt lange vor ſey, daß Wir mit Tod abgiengen, ſo ſollen die Lande in der Marck, und das Burggrafthum in der Chur, auf die obgeſchriebene Unſre Söhne Fridrichen (ſecundogenitum) und Fridrichen (quartogenitum) kommen und gefallen, doch daß Unſer Sohn Friedrich der ältere, die Chur habe ſein Lebtage, und ſich des H. R. R. Ertz-Cammerer, nach Unſerm Tod ſchreibe, und nicht ſeine Söhne nach ſeinem Tode, ſondern die Chur, und obgeſchriebene Titel, ſollen nach ſeinem Tod, auf Unſern jüngſten

Sohn, Marggraf Fridrich, ob er anders lebet, kommen und fallen, von den andern ungehindert, der denn die Chur und Titel, auf den älteſten Sohn Unſers Sohns, Marggraff Fridrich, des ältern, ob er einen weltl. Sohn lieſſe, kommen und fallen, denn ſich derſelben Chur, Titels und Würdigkeit, Unſer Sohn Marggraff Johann, aus Willen begeben hat.

§. 218.

a) *Apanagii derivatio.*

Nonnulli Apanagium derivare ſatagunt à Græco ἅπαν, omne, & ἅγιον, ſanctum, quoniam eſt ſacri domanii delibatio, & huc trahunt relationem *Pauli Aemilii*, de geſtis Francorum ſub Philippo. Nimirum Balduinus, Flandriæ Comes, quam primum Orientis Imperator ſalutatus eſt à Francis Proceribus, qui ei Thracicæ expeditionis comites adfuerant, ſingulis dedit Thracias ditiones, hac lege beneficiaria, ut quartam partem vectigalium fiſco inferrent Byzantii, ſeque ei obſtringerent ſacroſancto ac *panagio* jurejurando: quo facto, omnes poſtea donationes immobilium ac feudorum, Galli vocarunt *apanage*.

b) *antiquitas.*

Prope ad apanagialia jura accedit, quod de Rege Joſaphat memoratur 2. Chron. XXI. 3. eum Joramo, filio primogenito, regnum, reliquis vero, munera multa auri atque argenti, una cum munitis civitatibus, reliquiſſe. De Cyro memoriæ prodidit *Xenophon*, eum Cambyſi, primo filio, regnum, Tanazardi, alia quædam minutiora, reliquiſſe. Simile quid de Seleucidis, Syriæ, Aſiæque Regibus, obſervat *Polybius* L. 5.

§. 219.

Apanagia Gallica.

Choppinus de doman. L. 2. T. 3. docet, in Gallia paſſim hunc morem vigere, ut in ſucceſſionibus avitorum, vel paternorum bonorum, feuda non pro æquis partibus dividantur: ſed major natu beſſem capiat, ceteris vero, natu minoribus, trientem relinquat, hac lege, nt hi, eorumque deſcendentes, usque ad ſextum generationis gradum, pari dignitate & titnlo ſuas portiones teneant, neque harum intuitu, fidelitatis & ſubjectionis nexu, ſe adſtringant: at poſtea, ultra dictum gradum, ſub homagii nexu, eas partes poſſideant. Conf. dicenda §. 250.

§. 227.

Quantitas Apanagiorum.

Mosers Staats-R. Tom. XIV. p. 467. varias, Apanagiorum quantitates, ita recenſet, ut accipiant:

Auſtriaci 45000. fl.
Bavari 30000. fl.
Saxo-Weiſſenfels. 6000.
Iſenic. 8000.
Gothan. 8000.
Brandenburgici 6000. thlr.
Palatino-Birkenfeld. 9000. fl.
Brunſvico-Guelpherb. 36000. thlr.
Haſſo-Darmſtad. 24000. fl.
Holſato-Sunderb. 5000. Marc. Lub.
Mecklenb. Suerin. 10000. thlr.
Würtenberg. 6000. fl.
Anhalt-Serveſt. 5000. thlr.
Naſſov. Dillenb. & Uſing. 1000. fl.
Oſtfrieſ. 9000. thlr.
Schwarzb. Sondershuſ. 5000. thlr.
Comites Bentheim. 1000. fl.
Erpac. 1000. fl.
Hohenloe-Weickersh. 1800. fl.
Kœnigseck. 1000. fl.
Leining. Weſterb. 500. thlr.
Lippe, â 1000-2500. thlr.
Lœwenſtein. â 600-1000. fl.
Solms-Laubach. 1200. fl.
Witgenſtein. â 400. fl. - 1800. thlr.
Yſenburg. 300. fl.

Filiarum deputata.

Mauritius, Dux *Saxo-Numburgenſis*, 1681. cuivis filiæ indotatæ reliquit annuos 800. fl.

In

In domo *Vinarienſi*, *Iſenacenſi & Jenenſi*, vi pacti de 1667. quævis filiarum, ſi earum numerus ternarium haud excedit, accipit annuos 2000. fl.

Erneſtus *Gothanus*, diſpoſitione de 1654. ætatis diſcrimen reſpexit, ita ut filia poſt annum 16. acciperet 250. fl. poſt decimum octavum 500. fl præter alimenta, nebſt der Tafel. Fridricus Dux 1680. aſſignavit 600. Thal.

Leopoldus Ludovicus, *Comes Palatinus Veldentinus*, cuivis filiarum pro ſe & domeſticis, annuos 500. fl. & 300. fl. Handgeld aſſignavit.

Georgius *Zellenſis* 1641. nebſt Fürſtl. Unterhalt 600. thlr. Handgeld.

Wilhelmus, *Haſſo-Caſſellanus*, cuivis Principillæ, donec elocaretur 1627. promiſit annuos 500. fl. Kleider-Geld, auf Bedienung an Manns- und Weibs-Perſonen 500. fl. auf deputat, Kutſch und Pferde 2000. fl. nec quicquam detrahitur, ſi alibi degunt.

Eleonora, Haſſo-*Homburgenſis*, annuos accepit 1036. fl.

Joannes, Dux *Holſato-Sunderburgenſis*, binas ſuas filias, in aula fratris Joachimi Erneſti, alimenta & 300. thal. annuatim capere juſſit.

Joachimus Erneſtus, *Plœnenſis*, 1671. diſponit: Die Fräulein Töchter, ſo unverheyrathet bleiben, ſollen nach Abſterben der Frau Mutter, bey dero älteſten Bruder ſich aufhalten, und von ſämtlichen Brüdern, nach proportion, jede jährlich mit 300. thal. unterhalten werden.

Guſtavus Adolfus I. *Mecklenburgo-Suerinenſis*, filiabus, uſque ad duodecimum annum, 400. thal. poſtea, donec nubant, annuos 600. thal. aſſignavit. Pacto familiæ Suerinenſi, de 1707. filia, apud matrem commorans, accipit annuos 2000. thal. poſt mortem matris 2500. thal.

Eberhardus III. *Würtenbergicus* Dux, 1664. cuivis filiæ innuptæ, ab anno ætatis 17. uſque 20. 800. fl. poſtea, donec nubant, 1000. fl. aſſignat. Carolus Alexander, anno 1737. über ihre ſonſtige Unterhaltung 1200. fl. Spiel- und Stecknadel-Geld.

Principiſſæ *Naſſovio-Weilburgenſes*, vi pacti de 1736. præter habitationem accipiunt annuos 2000. thal. deputat.

Transactione Bentheimenſi & Solmenſi, ſuper Comitatu Tecklenburg, de 1699. promittit Joannes Adolfus, *Bentheimenſis*, pro ſui territorii rata, cuivis filiæ annuos 250. thal. Conſilium Imperii Aulicum d. 8. Aug. 1736. decrevit: daß für die beyde, im Cloſter zu Eſſen und Thorn,

Thorn ſich befindende Gräfl. Bentheimiſche Töchter, jede 600. fl. zu jährlichem Unterhalt, an die Vormundſchafft zu bezahlen.

Vi unionis hereditariæ *Hohenlæ-Weickersheimenſis*, filia, præter victum, accipit annuos 40 ℔. fl.

Philippus, Comes de *Lippe Bückeburg* 1668. & 1672. præter victum, cuivis filiæ aſſignat annuos 200. thal, & ſi alibi degunt, 300. thal.

Mansfeldenſi Comitiſſæ 1571. annui 200. fl. aſſignati.

Comites de *Reuſs*, pacto de 1668. filiæ, uſque ad annum ætatis 12. annuos 260. fl. poſtea 350. fl. aſſignant, incluſive der Kleidung und Haltung einer Magd. Detrahuntur tamen 150. fl. ſi in aula remanet.

Transactione *Schwarzburgica*, de 1612. cavetur: vor die Fräulein, ſo ſich bey einem, oder andern Herrn, aufhalten werden, ſollen für jedes Fräulein und zwey zugeordnete Perſonen auf jedes Jahr 500. fl. Koſtgeld, aus der Renthey bezahlet werden.

Witgenſteinenſis Comitiſſa, vi pacti de 1603. accipit 50. fl. Handpfennig.

Variat Apanagii quantitas,

a) nunc *pro ſpe*, *magis propinqua*, *ſuccedendi*, quale quid obſervatur in domo Gothana & Würtenbergica. At in Sondershuſana, cum parens teſtamento conſtitueret tribus ſenioribus, annuos 5000. thal. tribus junioribus autem, 4000. Imperator in confirmatione d. 17. Aug. 1719. ſecuta, omnes fratres ſibi invicem exæquari, ſinguliſque 5000. dari juſſit. Conf. dicta §. 165.

b.) nunc *pro numero apanagiatorum*, qualis proportio placet domibus Hohenloe-Weickersheim & Waldeck.

c.) nunc *prout apanagiatus eſt uxoratus*, vel cœlebs. In domo Bavarica & Würtenbergica uxoratus plus accipit, quam cœlebs. In domo Waldeccenſi, præcipuum, quod habet is, qui ſucceſſioni eſt proximus, amittitur per cœlibatum, ac cedit proximo uxorato. Conſiſtit hoc præcipuum in annuis reditibus 2000. fl.

d.) nunc *pro ratione ætatis*. Adolfi Friderici I. Ducis Mecklenburgico-Suerinenſis, filiis poſtgenitis, uſque ad annum ætatis 12. erant deſtinati 600. thal. ad 18. annum 1000. thal. ac poſtea demum 3000. thal. In domo Brandenburgica, Saxo-Meinungenſi, Wiedana, apanagium incipit anno ætatis 18. in Würtenbergica, Weickersheimia & Yſenburgica, anno æt. 20.

e.) nunc

e.) nunc *pro diverſitate aliarum circumſtantiarum.* Pacto *Iſenacenſi* de 1691. cautum, ut deſcendentes ex poſtgenito, quamdiu primogenitus ſuperſtes, minus, *poſt ejus obitum* autem plus accipiant.

In domo *Lippe-Detmold*, quam diu adeſt vidua, cui dotalitium debetur, Apanagiatus accipit annuos 2000. thal. *mortua vidua* autem 2500. thal.

Pacto *Anhaltino-Serveſtano* cautum, ut *proximis tribus* annis, poſtgenitus quiſque caperet annuos 4500. thal. tribus ſequentibus annis 5000. ac poſtea 5500. thal.

Comes *Oſtfriſiæ* poſtgenitus, per *ſexennium* accipit annuos 8000. thal. poſtea 9000.

In domo *Witgenſtein-Perleburg.* Apanagium conſtitutum *durante bello* 400. fl. poſtea 480. fl.

Sunt, qui pinguius apanagium conſtitui, ſuadent, pro iis, qui illud in territorio conſumunt, quam iis, qui extra illud, ſolius voluptatis cauſa, morantur. Ne autem, auctis nimium Apanagiatorum poſteris, primogenitus nimium gravetur, ſuadent certam e. c. quartam redituum partem, pro omnibus poſtgenitis determinare, dividendam in capita, ut tamen præcipuum habeat, qui ſucceſſioni eſt proximus.

§. 227.

De Apanagio Würtenbergico,

Obſervat *Keysler* in ſeinen Reiſen, T. I. p. 115. priſcis temporibus, Apanagium Principis Würtenbergici fuiſſe 90. fl. und 10. fl. zu einem Ehren-Kleid. At monet *Moſerus* im Teutſchen Staats-Recht, Tom. XIV. p. 202. jam 1473. cum Würtenbergica ditio adhuc Comitibus ſubeſſet, ad præcavendas diviſiones, ſenioratum fuiſſe introductum, & accepiſſe poſtgenitum Comitatum Mompelgartenſem, cum Dynaſtiis Horburg & Reichenweiler, cumque hic 1482. fratri Comitatum Mompelgartenſem redderet, retinuiſſe eum Reichenweiler, Bilſtein, Horburg & annuos 5000. fl.

§. 229.

A quo determinatur quantum Apanagiale?

Determinatio quanti Apanagialis in domo Auſtriaca, à Rudolfo I. relicta arbitrio agnatorum: in domo Brandenburgica, arbitrio primogeniti: in Brun-

Brunſvicenſi, Darmſtadina & Oſtfriſica, arbitrio Ordinum provincialium: in Würtenbergica, matris & tutorum.

§. 237.

Apanagiatorum liberi ex æquo ſuccedunt.

Pactis ſpecialibus nititur, quoties in ſecundogeniti linea iterum primogenitura introducitur, quale quid obſervatur inter Landgravios Haſſo-Rheinfelſenſes, Comites Waldeccenſes, it. Reuſſ in Schlaiz, lineæ Köſtericenſis.

§. 238.

a) *Dos Monialium.*

Medium genus inter dotem filiabus nubentibus, & alimenta, innuptis dari ſolita, conſtituit dos, ſeu vitalitium, filiarum illuſtrium, quæ monaſterium ingrediuntur, ſeu monialium. Nunc reditus annui monaſterio aſſignantur, ad monialis vitæ dies duraturi, & cum ipſius morte ceſſaturi. Aliquando certa pecuniæ ſumma ſolvitur, etiam poſt monialis mortem, apud monaſterium remanſura. Si tamen votum monaſticum nullitate laborat, vel per diſpenſationem Papalem ſolvitur, dos illata recipitur. Conf. *Chriſt. Gottl. Buder.* diſſ. de dote & dotalitio filiarum illuſtrium & nobilium monialium, Jen. 1754.

b.) *Exempla.*

Ferdinandus II. Imperator 1621. diſpoſuit: ſo eine Tochter ſich in geiſtl. Stand begebe, ſoll ſie, als wenn ſie verheyrathet, mit 75000 fl. ausgeſteuert werden.

Catharina, Friderici Bellicoſi, Electoris Saxonis, filia, Monialis in Suſeliz, pro dote, ſeu vitalitio, accepit annuatim 50. Schock neuer Groſchen und ein Fuder Wein.

Confraternitas Saxo-Haſſiaca de 1457. diſponit, ne filiabus, monaſticam vitam eligentibus, ultra annuos 400. floren. dentur.

Albertus Achilles, Brandenburgicus, teſtamento de 1473. & Fridricus Marchio, 1507. filiabus monialibus vitalitium 200. fl. Rhen. conſtituit.

Pacto hereditario Oettingenſi de 1522. cautum: Zu Auffenthaltung und Langwirigung Unſerer Grafſchafft Nahmen und Stammen, haben Wir Uns geeint und vertragen, ob Wir ein oder mehr Töchter über-

überkommen, daß dieselbe kein, Unserer Grafschafft, Herrschafft, Städte, Schloß, Leute, noch Güther, erben, noch derselben, alldieweil Grafen Unsres Nahmens und Stammes im Leben sind, fähig oder empfängl. seyn, sondern sie sollen durch Uns, und Unsere, ziemlich und erbarlich, als solchen Grafen gebühret, angewiesen und versehen, neml. einer jeden zu weltl. Stand, nicht über 6000. fl. und einer zu geistl. Wesen, nicht über 2000. fl. oder der Werth, gegeben werden.

Anno 1339. am Dienstag vor Mitfasten, hat Graf Günther, Herr zu Arnstatt, bewilliget, daß Frau Elisabeth, seines Bruders, Graf Heinrich, Wittib, die Mühl zu alten Salfeld, um und vor 45. Marck lötiges Silbers, erkaufft und ihren Töchtern Elisabeth und Jütten, wenn sie ins Closter Ilmenau eingesegnet würden, mitgeben, dem Closter zu gebrauchen, nach dero Tod aber, sollen sie wieder an Graf Günthern fallen. Vid. *Jo. Martini Schamelii* Nachricht das Cistercienser Frauen-Closter betreffend, so vor Zeiten zu Ilmenau in Thüringen gestanden, p. 103.

c.) *earum prohibitio.*

Exosæ quondam erant monialium dotes, & Simoniam sapere videbantur. Damnant easdem Concilium Nicænum secundum, anno 787. can, 19. Francofurtense, anno 794. can. 16. Lateranense tertium, 1179. capitul. 10. Lateranense quartum, 1215. can. 64. ubi sequentia habentur: Quoniam Simoniaca labes adeo pleraſque moniales infecit, ut vix aliquas, sine pretio, recipiant in sorores, paupertatis prætextu, volentes hujusmodi vitium palliare: ne de cetero fiat, penitus prohibemus, statuentes, ut quæcunque de cetero, talem pravitatem commiserit, tam recipiens, quam recepta, sive sit subdita, sive prælata, sine spe restitutionis de suo monasterio expellatur, in locum arctioris regulæ, ad agendam perpetuam pœnitentiam, retrudenda.

d.) *limitatio.*

At *Bonaventura*, & é recentioribus *Vincentius Petra*, Cardinalis, in Commentariis ad Constitutiones Apostolicas, editis Venet. 1729. fol. Tom. 3. p. 61. negotium emollire conantur, distinctionibus variis, in favorem monasteriorum, excogitatis: non quidem exigi aliquid pro ingressu in religionem monasticam; recte tamen pro alimentis recipiendarum, maxime si sint super-

numerariæ: monaſteria habentia ſufficientes reditus, non poſſe recipere dotem, ſub ingreſſum monialium, ex ſententia congregationis concilii; poſſe tamen eas recipere, ſi augendus numerus monialium, & tali caſu non eſſe dicendam dotem, ſed eleemoſynam.

e.) *praxis.*

Obſervat *Buderus*, cit. diſſ. §. 25. ex Anonymi libello Gallico: Moyen de rendre les religieuſes utiles; in Gallia ad minimum 32500. moniales numerari, quarum pleræque 5000. libras Gallicas, in dotem afferunt. Res omnis, à conventionibus peculiaribus pendet, nec poſtulari poteſt dos monialis juxta qualitatem patrimonii: nec attenditur, quod forte alteri ſorori moniali dos major conſtituta. Si vero puella, poſt mortem patris ingreditur monaſterium, integra legitima obtinere ſolet. Plane ſi remittitur dos, id Papæ autoritate fieri debere, volunt Congregationes Romanæ, quarum tamen deciſiones inſuper habent Germani, qui abſtinere ab appellatione dotis, ac ſubſtituere illam: der Statuten-Gelder, Profeſs-Gelder, de cetero, reſpicere ſolent obſervantiam cujuſque monaſterii: Eine Reichs-Adeliche Familie, welche eine Tochter in ein geiſtl. Stifft zu bringen ſuchet, muß ſich zu Erlegung der Statuten-Gelder einverſtehen, wenn gleich die Summe einer, in Seculo ſich verehlichenden Tochter, nach dem Geſchlechts-Herkommen gebührenden Heyrath-Guths, geringer ſeyn ſolte: Hingegen iſt man einer Adelichen Tochter, ſo ins Cloſter gekaufft wird, denjenigen dotem (noch weniger die Geſchmuck-Gelder) nicht ſchuldig, welche in einer gröſſern Summa, als die Profeſs-Gelder ausmachen, in familia hergebracht, und ihr ſonſt entrichtet werden müſte, wenn ſie weltl. geblieben, und in Eheſtand getretten wäre. Im übrigen pflegt eine, in den geiſtl. Stand trettende Adeliche Freulein, nicht nur ante ingreſſum in monaſterium, den herkommlichen Verzicht abzulegen, ſondern auch den ledigen Anfall, für ihr Cloſter vorzubehalten. Ceterum dos monaſteriis inferenda, in pecunia numerata conſiſtere debet, ubi vero immobilia inferuntur, Ordini Equeſtri, retrahendi jus, ex privilegio Cæſareo de 1718. competit.

Boruſſorum Rex, in Edicto de piis cauſis, 1723. promulgato, num. XI. ſanxit: Wenn eine Perſon, ſie mag männ- oder weibl. Geſchlechts ſeyn, ſich in ein Cloſter-Stifft begeben will, und dazu Erlaubniß hat, ſoll ſie nicht befugt ſeyn, den geringern Clöſtern und Stifftern ein mehrers, als 500. thal. dotis loco zu inferiren, oder ſonſt dem Cloſter zuzuwenden: bey den höhern Stifftern,

Stifftern, und dem Benedictiner-Cistercienser- und Præmonstratenser-Orden, allda die Conventuales mit grössern Kosten erhalten werden, soll höchstens 1000. thal. und wenn es Adeliche Stiffter sind, nach Befinden, doch nicht mehr als 1500. biß 2000. thal. zu inferiren, erlaubt seyn. XII.) Unter diesen gesetzten Summen, werden jedennoch die geistl. Ausstattungen der Ordens-Leute an leinen Kirchen-Zeug, Einkleidung, ingleichen die Reise-Kosten, vor die zur Einkleidung und Profession erforderliche Priester, und die gewöhnlichen Mahlzeiten, nicht mit begriffen. XIII.) Solte dem ohngeacht, ein Stifft oder Closter, mehr, als diese vorgeschriebene quanta betragen, pro dote sich bezahlen, oder zuwenden lassen, und es annehmen: so soll das gantze quantum, nebst dem duplo, unserm fisco anheim fallen.

§. 241.

Ad Apanagiati heredes instituí & Regalia habere possint?

Disceptatum fuit in causa Lippe-Brake, puncto primogenituræ. Quod Regalia Apanagiatis relinqui possint, extra dubitationem est positum. Num vero heredes possint institui, in logomachiam abire videtur. Dedecori haud est Apanagium, quippe quod familiæ decorem & honorem potius conservat. Quare nil impedit, quo minus honorabili, institutionis titulo, Apanagium relinquatur. Si autem quæritur: num institutus in Apanagio heres, concurrere debeat ad onera hereditatis, pro sua rata; aut num accrescendi jure gaudeat? utrumque merito negabitur, quia Apanagium alimentorum ac legitimæ vicem subit, ac proinde nec onerari debet, nec accrescendi jure gaudet, Conf. §. 382. Nec vero exinde, quod Apanagium, honorabili institutionis titulo relictum, quodque Apanagiati, in dispositione Apanagiali, dicantur heredes, quodve bona nonnulla divisioni, vel communioni, sint obnoxia, protinus sequitur, superioritatem Apanagiatis esse tributam. Nonnulli subtilius distinguunt, inter Landsfürstl. Obrigkeit und Landes-Hoheit: illam Apanagiatis posse tribui, existimant, non hanc: Alii contendunt, ipsam Lands-Hoheit, Apanagiatis posse tribui, ita, ut primogenito reservetur jus sublime territorii, Ober territorial-Gerechtigkeit. Dum modo sciatur, quid fuerit dispositum, reliqua in logomachiam abire videntur. Ubi omnia bona primogenituræ sunt obnoxia, postgeniti inventarium postulare nequeunt: bene tamen

eorum bonorum, de quibus participare debent, qualia ſunt e. c. pecunia parata, reſiduum pretii terrarum venditarum. At oppignorationes antiquæ, ſeu terræ oppignoratæ, regulariter cedunt primogenito, qui & debita ſolvere debet, quæ inhærent prædiis, poſtgenito, apanagii loco, aſſignatis.

§. 241.

An aucto territorio, Apanagium augendum?

Ita exiſtimant nonnulli, propter L. 3. §. ult. Dig. ubi pupillus educari debeat. At ibi ſaltem docetur, alimenta pupilli, ad modum patrimonii, eſſe exigenda, ac proinde augenda, ſi quid patrimonio acceſſerit, minuenda, ſi decreſcit, id quod naturali quidem nititur æquitate: at applicari non debet ad Apanagia, in quibus determinandis reſpicitur quantitas patrimonii, quod adfuit tempore conſtituti Apanagii, non autem, quod demum in poſterum poterit acquiri, adeo, ut majori longe jure Apanagiatis applicari poſſit id, quod dicta lex §. 3. ait: in amplis patrimoniis non cumulum patrimonii, ſed quod exhibitioni frugaliter ſufficit, modum alimentis dare. Pactis tamen aliter poſſe caveri, & reapſe paſſim eſſe conſtitutum, jam dum monuimus. Sic & Mauritius, Dux Saxo-Cizenſis, diſpoſuit, ut reditibus ultra 4000. fl. auctis, aut dotalitio reverſo, quarta pars cedat poſtgenitis. Pacto Schwarzburgico de 1713. cavetur, ut in caſu conſolidati territorii Sondershuſani & Rudelſtadenſis, Apanagium pro parte dimidia augeatur. Num autem, auctis rerum pretiis, Apanagia ſint augenda, aut ob vaſtationes minuenda, judicis arbitrio videtur relinquendum.

§. 244.

Abſenti pecunia apanagialis debetur.

Fructus Apanagii, aut pecuniæ, in quibus illud conſiſtit, pleno *jure* ad apanagiatum pertinent, nec onerari ullo modo, multoque minus denegari debent, peregre abſenti, illosque extra territorium conſumenti. Suis tamen ſumtibus illas transmitti curet. Nam etiamſi forſan diſpoſitum ſit, ut apanagium ſine damno & expenſis debeatur, locus tamen ſolutionis, præſumitur eſſe aſſignata, Apanagiato, habitatio.

§. 244.

Apanagiati in regiminis exercitio regulariter haud concurrunt.

Speciale eſt, quod in domo Waldeccenſi, in cauſis gravioribus, poſtgenitorum conſilium, ſub pœna nullitatis, expetendum.

§. 245.

a) *Homagium apanagiatis præſtitum.*

Pomeraniæ Duces 1606. poſtgenitis conceſſerunt facultatem exigendi homagium, intuitu jurium in ditionibus, pro Apanagio ipſis conceſſis, competentium. De lite ſuper homagio in domo Lippiaca, dicetur §. 248.

b) *Cancellaria Apanagiatorum.*

Poſtgenito Anhaltino-Cöthenſi Cancellaria indulta, ita, ut aulici ipſius, neque directe, neque per indirectum, ſive in criminalibus, ſive in civilibus, regimini primogeniti ſubſint, ſubditis autem appellatio ad illud demum concedatur, ſi ſumma, ſuper qua litigatur, eſt major 200. thal. Quamobrem, per viam amicabilis transactionis appellationem reſecare, aut avertere, non permittitur.

Apanagiâti Duces Würtenbergico Neoſtadienſes, pariter habent Cancellariam. Imo Joannes Georgius II. Saxoniæ Elector, pacto de 1657. fratribus regimen quidem indulſit, eine Regierung, nicht aber die Landes-Hoheit. Iura fiſci Apanagiatis in domo Saxonica, Haſſiaca, & Lippiaca, competunt.

c) *Jus patronatus Apanagiatorum.*

Tam eximia Regalia ubi poſtgenitis relinquuntur, primogenito non eſt integrum, citationes & mandata, immediate ad ſubditos Apanagii dirigere: nec in cauſis, jus territoriale & epiſcopale tangentibus, literas patentes, vel mandata, aliter, quam mediante Apanagiati publicatione, emittere, ceu 1716. reſponſum ab JCtis Halenſib. in cauſa Cöthenſi. Cumque in Principatu Cöthenſi, ſuperioritas territorialis & jus Epiſcopâle ſit penes primogenitum, jus patronatus autem, penes ſecundogenitum, in ditionibus ipſi ſubjectis, quæſitum: ad quem pertineant mulctæ, à Conſiſtorio Cöthenſi, ſubditis ſecundogeniti irrogatæ. Primogenito eas adjudicarunt, memorati modo Juriſconſulti Halen-

ſes, qui tamen Salaria Clericorum, ex Apanagio, non autem à primogenito, eſſe ſolvenda, judicarunt, quia Apanagium, licet ſine debitis, non tamen abſque oneribus, præſtandum. Nec ſecundogenito eſſe integrum, cenſuerunt, vi juris patronatus, ſibi competentis, rationes ſuper bonis eccleſiaſticis exigere, abſque concurrente primogenito. Nam licet patronus concurrat, circa audiendas illas rationes, earum tamen exactio, ad jus epiſcopale pertinet. Imo primogenitus, ad rationes illas exigendas, ſuos deputatos ſuis ſumtibus mittere, haud tenetur, ſed quia totum negotium tendit in favorem eccleſiæ, hæc quoque ſumtus ferre tenebitur. Conf. *Moſers* Teutſches Staats-Recht, Tom. XIV. p. 448. ſq.

d) *Privilegia an Apanagiati concedant?*

In domo Saxo-Gothana, nec non Haſſo-Homburgica, poſtgenitis conceſſa jura, largiendi privilegia, veniam ætatis, moratoria, &c. obſervat *Moſer* l. c. p. 454.

§. 246.

Primogenitus in poſtgenitorum miniſtros jurisdictionem non habet.

Sæpe laudatus Dominus *Moſertus*, im Teutſchen Staats-Recht, Tom. XXII. p. 278. & 290. maribus apanagiatis immedietatem quidem vindicat: at filiabus eandem denegat, indeque infert, mares Apanagiatos quidem jurisdictione in ſuos miniſtros gaudere, non autem Principiſſas: da die Töchter, ait, keine perſonelle Unmittelbarkeit haben, ſo können ſie nicht die, denen nachgebohrnen Herrn zuſtehende jurisdiction über ihre Bediente, behaupten, ſondern bloß diejenige unterſte Gattung der Botmäßigkeit, welche einem jeden privato über ſein Geſinde zuſtehet. Arcet nimirum immedietatem ultragenitorum à ſpe ſuccedendi, quam nos ſatius ducimus inde derivare, quod ſint pars familiæ, vid. Tom. 3. §. 231. quæ ratio, cum ad fœminas pariter, ac mares, quadret, illis quoque immedietas merito vindicatur. Certe ipſum judicium Imperii Aulicum Principi regenti non tribuere jurisdictionem in miniſtros ſororum, aliarumque domus Principalis fœminarum, diſcimus ex ſequenti concluſo:

d. 22. Nov. 1729.

Zu Sachsen-Coburg und Meinungen, Hertzogin, Frau Eleonora Friderica, contra Herrn Anton Ulrich, Hertzog zu Sachsen-Coburg-Meinungen puncto turbationis.

Cum inclusione exhibitorum, rescribatur dem Herrn Hertzog Anton Ulrich . . . . die von Bronchard, (quam Dux sorori obtruserat) daß sie das eigenmächtig occupirte gemeinschafftl. Zimmer wieder räumen solle, anzuhalten, ihr alle fernere Zudringlichkeiten und Belästigung der Princeß zu untersagen, die derselben vorenthaltene Handgelder ohnverzügl. heraus zu geben . . . . . nicht weniger, mit anmaßlicher Ubung, einer ganz nicht competirender jurisdiction, über dero domestiquen und Sachen, weiters nicht zu beschweren ꝛc.

Quod fratrum apanagiatorum ministri non subsint jurisdictioni primogeniti, apparet inter alia ex pacto fraterno Würtenbergico de 1617. §. 6. ibi: ist denen nachgebohrnen, mit Geld-deputat abgefundenen Printzen, die jurisdiction und Obrigkeit über ihre besoldete Diener überlassen: Wenn sie aber den regierenden Herrn besuchen würden, soll ihr Gesind, Zeit Abwesens, dem Marschall des regierenden Herrn untergeben seyn.

§. 249.

Apanagiatus primogeniti subditus non est.

Ad lites præcavendas, pactis passim statuitur, ne primogenitus in postgenitos sibi jurisdictionem arroget. Pacto fraterno Anhaltino-Cöthensi de 1716. reservat sibi postgenitus plenariam exemtionem familiæ suæ, à superioritate & jurisdictione Principis regentis, tam seculari, quam ecclesiastica.

Pacto familiæ Schwarzburgico de 1713. cavetur: Die regierende Herrn sollen über ihrer nachgebohrnen Brüder und Vettern ihre Personen, als welche allerdings Kayserl. Maj. und dem Reich unmittelbar unterworffen, sich einiger jurisdiction, Macht und superioritæt, nicht anmassen, dieselbe auch an der jurisdiction über ihre Bedienten, in geringen Civil-Sachen nicht hindern.

Pacto familiæ Lippiaco de 1614. disponitur: die andere (abgetheilte) Herrn Gebrüder sollen des (regierenden) Graf Simon Gn. nicht

sub-

ſubject ſeyn, ſondern vor ungemittelte Grafen des Reichs gehalten werden, id quod repetitum 1616.

Reuſſii Comites 1690. paciſcuntur: daß ein regierender Herr keine jurisdiction, über ſeine abgefundene Brüder und Vettern, haben ſolle.

Cum Dux Würtenbergico-Stutgardinus, paragiatum Leopoldum Eberhardum, Montisbelligartenſem, captivum detineret, deſuper è Conſilio Imperii Aulico emanarunt mandatum, d. 3. Oct. 1681. & paritoriæ, 14. May. & 9. Oct. 1682. tandemque Bavaro executionis Commiſſio demandata.

§. 250.

Dimiſſio ex nexu Apanagiali.

Poteſt primogenitus poſtgenitos, ex nexu Apanagiali ita dimittere, ut poſtgeniti, qui antea erant Apanagiati, in poſterum ipſi gaudeant ſuperioritate territoriali. Sic Philippus Wilhelmus, Neoburgicus, 1656. Chriſtianum Auguſtum, Solisbacenſem, ex nexu Apanagiali dimiſit, hoc fine, ut Solisbacenſis votum in Imperii Comitiis acciperet, quod tamen aliis ex cauſis impediebatur. Sic & Dux Gothanus Salfendenſem, & Landgravius Caſſellanus Rheinfelſenſem, ex nexu Apanagiali dimiſerunt, atque ſunt paſſi, ut hi pariter ſuperioritate gauderent.

§. 251.

Deſinit Apanagium ipſo mortis momento.

Quia alimentorum vicem ſubit. Seculo præterito exeunte, Sophia Charlotta Würtenbergica, Joannis Georgii, Saxo-Iſenacenſis vidua, tanquam heres fratrum ſuorum Ludovici & Philippi, horum Apanagia, tanquam legatum annuum, percipere cupiebat, uſque ad diem cujuſque natalitium. Sed recte reponebatur, Apanagium ſola alimenta continere, non vero legatum annuum. Speciale eſt, quod pacto Mecklenburgico de 1707. permittitur Apanagiato teſtari de fructibus anni, quo moritur.

§. 251.

Apanagiato quodam decedente, quid fiet de Apanagio?

Illud ad reliquos Apanagiatos pervenire, nec ad primogenitum redire, existimat *Henricus Coccejus*, Consil. & Respons. in caus. illustr. Tom. I. Consil. 19. & 30. At rectius primogenito illud asserunt alii. In domo Cassellana, vi pacti de 1627. Apanagia vacantia accrescunt Apanagiatis & demum, ultimo apanagiato defuncto, revertuntur ad primogenitum, idemque obtinere videtur, quoties pars quota e. c. quarta redituum, vel alia summa inter eas dividenda, Apanagiatis est destinata.

In domo Electorali Saxonica Apanagiati decedentis portio, pro parte dimidia regenti, pro altera, reliquis apanagiatis, ex æquo cedit. At mortuo regente, succedentis apanagium reliquis fratribus, pro parte dimidia, accrescit.

§. 259.

Pactum Brandenburgicum super Comitatu Geyer.

Henricus Wolfgangus, ultimus Comes de Geyer, cum Borussiæ Rege, super suo Comitatu, pactum successorium iniit, eumque 1704. in eventum mortis, tradidit, ita ut Regi homagium præstaretur, ac Regis nomine Cancellariæ Director præficeretur, ipsam vero administrationem, cum voto, ad vitæ dies sibi reservaret Comes, quo mortuo, Rex plenariam consecutus possessionem.

§. 261.

Confraternitas Palatino-Salmensis.

Anno 1698. confraternitas & pactum de mutua successione initum inter lineam Palatinam Electoralem & Principem Salmensem, ac Wild- & Rheingravios, ita, ut deficiente penitus mascula stirpe Salmensi, ac Rhein- & Wildgraviorum, succedere debeat domus Electoralis Palatina, lineæ Rudolfinæ, in Principatum Salm, Comitatum Rhenensem zum Stein, und beyde Wildgrafschafften zum Dhaun und Kyrburg, cum juribus ac votis: Econtra, extincta linea Palatina Rudolfina, domus Salmensis succedat in Comitatum Veldenz & duas quintas partes der vordern Grafschafft Spanheim, cum juribus ac votis. Quod pactum confirmavit Josephus Imperator, d. 3. Nov. 1705.

§. 266.

Fœminarum illustrium pacta sororia.

Fœminas quoque illustres, ad exemplum confraternitatum, condere pacta sororia, Schwesterl. Erb-Vereinigungen, patet Exemplo Rietbergico, adducto §. 132.

§. 272.

Confraternitas Ostfrisica.

Anno 1752. prodiit Gutachten, wie ein patriotisch-gesinnter, unpartheiischer Reichs-Stand die Ost-Frießische Sache bey hochansehnl. Reichs-Convent, anzusehen habe, ubi pro fundamento ponitur, 1.) à toto Imperio 1675. domui Electorali Brandenburgicæ indemnitatem propter bellum Suecicum esse promissam, 2) hoc intuitu, ab Imperatore 1694. hanc expectantiam esse concessam, quæ 3.) omnibus requisitis sit prædita, nec 4.) eidem à domo Hannoverana fuisse contradictum, quæ potius, post obtentum Electoratum, in eandem 1715. consenserit, 5.) in Capitulatione Cæsarea omnes expectantias confirmari, 6.) Imperatorem in specie confirmasse Brandenburgicam, 7.) inde ab anno 1675. nulla pace expectantiam hanc esse infirmatam, 8.) ac proinde subsistere obligationem Imperii, ad præstandam indemnitatem, 9.) secuto aperturæ casu, Borussiæ Regem legitime arripuisse possessionem, legatum suum in Comitiis ad hoc votum legitimasse, atque à Vicariatu Rhenano investituram impetrasse, ipsique ab Imperii statibus titulum Principis Ostfrisiæ fuisse tributum. 10.) Confraternitatem, à domo Brunsuicensi, 1691. initam, atque à successoribus 1725. & 1732. renovatam, nihil relevare 11.) nec Borussiæ Regem se putare obligatum, ut desuper se immiscat liti coram Consilio Imperii Aulico, 12.) sed potius habere jus optimum se manutenendi in possessione, & pro eadem retinenda, petendi ab Imperio interessionales ad Imperatorem.

§. 300.

Origo successionis feudalis.

In Germaniæ feudis regalibus successionem introductam Conrado I. *Altesserra* de Orig. feud. tribuit: *Paurmeisterus* de jurisdict. L. 2. c. 2. n 8. 9. ad Ottonis I. tempora refert: *Guilimannus* in Habsburgicis, L. 4. in Ottonis III. perio-

periodum rejicit, & ex *Gervaſii Tilberienſis* verbis : ut feuda ſucceſſionis jure devolverentur ad proximiores generationis gradus, *Eybenius* probat diſſ. de tit. Nobil. p. 141. Sed recte obſervat *Carolus Otto Rechenberg*, de ſucceſſionibus in domo Guelfica, falli, qui univerſali ſanctioni ſucceſſionem, in Imperii feudis ſtabilitam, exiſtimant, ſed diverſis temporibus, in ſingulis familiis, id contigiſſe, ac proinde ſingularum hiſtorias, deſuper eſſe executiendas.

§. 311.

Ad feudorum, utut oblatorum, ſucceſſionem, fœminæ non admittuntur.

Cujus rei illuſtre exemplum vidimus in Comitatu Wolfſtein. Obtulerant 1496. Sigismundus & Wolfgangus, Wolfſteinii fratres, dimidiam arcem: Unter-Sulzbürg, & 1514. alteram dimidiam partem, Imperio in feudum. At cum ſtirps eorum maſcula 1740. cum Chriſtiano Alberto deficeret, feudum hoc non ad filiam ſuperſtitem devenit, ſed ad Electorem Bavarum, vi expectantiæ Cæſareæ de 1646. Sic & Ulricus, Comes Oſtfriſiæ, Imperio bona in feudum obtulerat, quæ tamen, mortuo ultimo Principe Carolo Ezardo 1744. Boruſſiæ Regi, vi expectativæ, ceſſerunt, non autem fœminis Oſtfriſicis ſuperſtitibus. Comites in Diephold Comitatum ſuum 1521. Henrico Lüneburgico in feudum obtulerunt. Mortuo 1585. Fridrico, ultimo ſuæ gentis, excluſa filia Margaretha Wilhelmus Lüneburgicus Comitatum acquiſivit. Vid. *Rechenberg* de ſucceſſione Guelfica, p. 33.

§. 312.

Succeſſio fœminea Brunſuicenſis.

Favet ſequiori ſexui tum natura allodii, tum conſtitutio Friderici II. Sicut ante Fridericianæ inveſtituræ tempora Otto puer, patrui Henrici Longoſpathæ filias, Agnetem & Irmegardin, à ſucceſſione patriorum bonorum excluſit, patrisque Henrici teſtamentum, quod illis favebat, parum curavit: ita ſequioribus temporibus Saxonum Alberti & Wenceslai prætenſiones, ex eodem fundamento, in Lüneburgenſem Ducatum, à Magno Torquato rejectæ, quod fœminarum non alia eſſet ſucceſſio, quam omnibus demum agnatis extinctis. Favebat quidem illis Carolus IV. ipſisque Ducatum Lüneburgenſem in feu-

dum concedebat, privato tamen magis affectu contra Magnum Pium, cui infensus erat, quam ex obſervantia domus, judicabat. Lis tandem compoſita, ut Fridericus & Bernhardus Wenceslai filias ducerent, Lüneburgenſem autem tractum, agnationis jure præ fœminis debitum, reciperent. Vid. *Carol. Otto Rechenberg*, de ſucceſſionib. in domo Guelfica, Lipſ. 1716. p. 45.

§. 312.

In Comitatu Mömpelgart fœminæ ſuccedunt in ſubſidium.

Licet Dux Eberhardus Ludovicus neptem reliquerit, tamen agnati præ illa ſucceſſerunt. Eſſe autem Comitatum Mömpelgart feudum fœmininum, apparet ex literis Sigismundi Impératoris de 1431. ubi Henriettam Würtenbergicam de hoc Comitatu inveſtivit.

§. 312.

Succeſſio in feudo regulari, fœminino & hereditario.

In feudo *regulari* ſoli ſuccedunt mares, fœminis excluſis: in *fœminino* fœminæ admittuntur in ſubſidium, deficientibus maribus: in hereditario, etiam fœminis deficientibus, heres extraneus teſtamento poteſt deſignari; nec tale feudum domino prius fit apertum, quam ſi ultimus poſſeſſor heredem haud deſignaverit. Fœminarum ſucceſſio *allodialis*, ab illa feudi fœminini quomodo differat, dicetur §. 735.

§. 318.

Jure feudali Longobardico ii, qui cum Vaſallo, ſine liberis defuncto, in eadem linea conſtituti, excludunt in ſucceſſione reliquos. Inter eos autem, qui ex eadem linea ſunt orti, gradu proximiores præferuntur remotioribus.

Verba textus 2. feud. 50. ita ſonant: Si ille, qui feudum habet, deceſſerit, nullo filio relicto . . . . feudum pervenit ad ſolos & ad omnes, qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit. Et hoc eſt, quod dicitur, ad proximiores pertinere. Iſti vero proximiores dicuntur reſpectu aliarum linearum. Sed omnibus, ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur. Mallet

hunc

hunc textum de ſola linearum, non de graduum proximitate, accipere *Georg. Erneſt. Ludov. Preuſch*, in der rechtl. Ausführung, daß die Lehns-Folge der Seiten-Verwandten in theilbaren Lehn, nach den Stämmen und nicht nach den nähern graden, zu beurtheilen ſey. Franckfurt 1751. fol. Sect. 2. per tot. At ſi comparentur alia loca juris feudalis Longobardici, clare patet, graduum proximitatem non eſſe excludendam. 2. feud. 37. dicitur: ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, ſi paternum fuerit, eodem prorſus obſervando, quantum ad ordinem gradus, qui continetur in legibus. *

* Per has leges, Canonicas intelligit *Hotomannus*, *Hartman Piſtoris*, *Rittershuſius* &c. at civiles Romanas eſſe intelligendas, rectius contendunt *Roſenthal*, *Schilter*, *Struv*, *Schrader*, *Eyben*, aliique. Junge 1. feud. 8. & 1. feud. 1. §. 4. ubi gradus per geniculum exprimitur. *Textoris* & *Schilteri* ſcripta eriſtica ad 2. feud. 50. recenſui Tom. 1. §. 48. Ipſam controverſiam Palatinam attigimus Tom. 5. §. 202.

§. 329.

Textus Schwäb. Lehn-Recht. *art.* 65.

Ein Herr mag vielen Brüdern ein Lehn leihen, daß ſie es mit geſamter Hand empfahen, und gleiche Gewehr daran han. Und wollen ſie ſich ſcheiden mit dem Guth, und theilen es unter ſich, das thun ſie wohl ohne des Herrn Urlaub. Wenn ſie aber das Guth unter ſich getheilet, ſo hat ihr keiner Nutz an des andern Guth. Und ſtirbt ihr einer ohne Lehns-Erben, ſo iſt ſein Theil dem Herrn ledig. Dieweil ſie aber das Guth ungetheilet han, ſtirbt ihr einer, ſo tretten ſeine Kind an ihres Vaters ſtatt, und behalten das Guth gemein, das ihr Vater hatte, mit ihren Vettern alle. Alle die mit einander belehnt ſind, und das Lehn gemein han: ſo mag ihr keiner, ohne den andern, nicht thun mit dem Guthe, noch mit dem Lehn.

§. 332.

Expectantiæ.

Anno 1694. Brandenbürgica domus impetravit ab Imperatore expectantiam in Oſtfriſiam, vid. §. 272.

1696. Bavariæ Elector in Wolfſteinianam arcem Sultzbürg. Vid. dicta ad §. 311.

§ 349.

Inhabilitatem ad ſucceſſionem feudalem operatur corporis, vel animi defectus, qui adfuit tempore delatæ ſucceſſionis, non qui poſtea ſupervenit.

Joannes, Boëmiæ Rex, poſtquam cœcus factus, tamen regnum, Imper feudum, retinuit & interfuit 1451. conflictui in Francia, in quo periit, teſte autore hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ, c. 106.

Rudolphus II. inde à nativitate ſua cœcus, ceſſum ſibi à fratre Adolpho (cui tamen erat filius Rupertus) Electoratum Palatinum, ad mortem uſque tenuit. At Ludovicus cœcus, Elector Palatinus, duobus ante mortem annis ſenex, ſemicœcus, claudus & ſurdus, ſuo regimine ſpoliatus per Ludovicum filium & curiæ ſuæ conſilium, teſte *Trithemio* Chron. Hirsaug. ad an. 1435.

Parmenſem caſum his verbis effert *Imhof* Geneal. familiar. Ital. f. 25. Rainutio ſucceſſit Odoardus, alter é filiis, eo quod Alexander primogenitus, mutus & ad imperandum ineptus eſſet.

Sigismundus Auguſtus, Megapolitanus, à communione Imperii, teſtamento patris Joannis Alberti, ob animi imbecillitatem, excluſus.

Henricus, Würtenbergicus Comes, ob mentem turbatam, cuſtodia perpetua detentus, à ſucceſſione excluſus, eaque filio minorenni Ulrico delata.

In Friſia Orientali Ulricus, Edzardi Comitis filius primogenitus, ex voluntate patris & conſilio Procerum à ſucceſſione excluſus, per Ennonem ſecundogenitum, quia in itinere Hiſpanico ingenio defecerat, deliriiſque erat obnoxius, apud *Ubbon. Emmium* L. 54.

§. 352. Not. 3.

a.) *Reſignarunt Clerici, ut ſucceſſione in Principatus Seculares potirentur.*

Vim exemplorum, ex *Ludewigii* diſſertatione: Clericus exul ſucceſſionis in feuda, hic adductorum Clericorum, ſtatu Clericali abdicantium, ut in feuda ſuccederent, enervare vult *Georg. Chriſtian. Gebauer* in promulſide de 400. annorum uſu, ob quem Clericos in feuda ſuccedere non poſſe, opinatur *Ludewi-*

gius,

gius, Götting. 1735. edita, dum interſerit, hos Clericos ſtatum Clericalem non depoſuiſſe, ut ſuccederent, ſed potius, ut uxores ducerent. At recte reponit *Andreas Elias Roſſmann*, in promulſide ſublata, Hal. 1736. unius poſitionem, non eſſe alterius exclusionem, & plures unius rei eſſe poſſe cauſas pariter ac fines, nec minus probabile eſſe, quod ſucceſſionis ſpes fuerit cauſa movens reſignandi, quam illa matrimonii, quod ſane inire potuiſſent, etiam antequam ſuccedendi ſpes affulgeret.

b.) *Exemplum contrarium, Clerici ſuccedentis.*

Theſi, quam propoſuimus, Clericos ſucceſſionis feudalis haud eſſe capaces, ni reſignaverint Clericatui, ante delatam ſucceſſionem, obſtare videtur exemplum Leopoldi, Archiducis Auſtriæ, qui 1623. cum reapſe adhuc eſſet Epiſcopus Paſſavienſis & Argentinenſis, ad hereditatis diviſionem admitti cupiebat, cui deſiderio Ferdinandus II. Imperator 1624. annuebat, quo facto demum 1626. qualitatem Clericalem depoſuit Leopoldus. Sed repetendum ex *Khevenhülleri* Annal. Ferdin. Tom. X. p. 166. Leopoldum jam declaraſſe 1623. ſe beneficia eccleſiaſtica abdicaturum, neque id, quod conſentientibus iis, quorum intereſt, admittitur, ad regulam trahendum.

c.) *Exemplum Clerici, privilegio deſuper muniti.*

Simile eſto judicium de privilegio, cujus meminimus Tom. III. §. 582. & quo Maximilianus I. Imperator, Principes Anhaltinos, Adolphum & Magnum 1510. munivit, ne propter ſtatum, quem ſubiiſſent, Clericalem, feuda amitterent. Pertinet id omne ad exceptiones à regula, quæ in caſibus non exceptis regulam magis firmant. Si autem quæritur: in quantum Imperator talia privilegia concedere poſſit? reſpondeo: non magis, quam filiam admittere ad ſucceſſionem feudalem. Quare tali caſu agnatorum conſenſus videtur requirendus. Nec Papa Clericum ad ſucceſſionem feudalem habilitare poteſt. Ait Concilium Tridentinum: ſi quis dixerit, eum, qui ſacerdos ſemel fuit, Laicum rurſus fieri poſſe, ſit anathema. Quodſi Papam ſupra concilium eſſe dicas, repono, in ſecularibus nullam eſſe Pontificis jurisdictionem, cap. 15. X. de judic.

§. 352. Not. 6.

a.) *Clerici redire possunt ad Seculum.*

Quamvis Concilium Tridentinum Sess. 23. de reform. c. 2. jubeat: ut ecclesiis cathedralibus præfecti, consecrationis munus intra tres menses suscipiant: dispensari tamen desuper solet iis, quibus spes succedendi in feudum affulget, ut via ipsis pateat, redeundi ad Seculum. Albertus Sigismundus, Episcopus Frisingensis & Ratisbonensis, per 33. annos Episcopatum gessit, nunquam in presbyterum consecratus. Josephus Clemens, Bavarus, Episcopus Frisingensis & Ratisbonensis factus 1685. & Archiepiscopus Coloniensis 1688. demum 1707. presbyter consecratus. Franciscus Ludovicus, Archiepiscopus Trevirensis, postea Moguntinus, per 49. annos Episcopatum gessit, nunquam consecratus. Ernestus Bavarus, Salisburgensem Archiepiscopatum 14. annos tenuerat, haud consecratus. Sed cum Papa diutius dispensare nollet, maluit resignare 1554. Ubi vero ordines majores semel sunt suscepti, deseri illi amplius nequeunt, nec ullum, dispensationis Papalis exemplum, desuper extat: quia, ceu modo monuimus, Concilium Tridentinum, Sess. 23. can. 4. edicit: si quis dixerit, eum, qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse, anathema sit. Henricus Lusitanus, cum, Cardinalatu deposito, regni habenas capesseret, Papæ consensum desuper requisivisse, haud legitur.

b.) *ad verba:*

Ohne alle Wirckung seyn solle) & porro: diese exclusion zumahln so lange statt haben solle, biß dergleichen, in denen quatuor minoribus gestandene, allen descendenten oder agnatis, von würcklich abgelegtem geistlich- und wieder angetrettenen weltl. Stande, rite dociret haben werden, denen so dann gleichwohl die investitur, wenn diese debito tempore gesucht wird, præstitis præstandis, ertheilet werden kan.

§. 352. Not. 7.

a.) *Episcopi Protestantes sunt capaces successionis feudalis.*

Joannes Fridericus, Dux Holsatiæ, Archiepiscopus Bremensis & Episcopus Lubecensis, parente mortuo, cum reliquis fratribus ad successionem admissus.

b.) *Nec*

b.) *Nec coguntur resignare Episcopatus, post successionem in Principatus.*

Bogislaus, Caminensis Episcopus, Episcopatum, post susceptum Pomeraniæ regimen, retinuit, ipsique Coadjutor constitutus Philippus Julius, post susceptum regimen Wolgastense.

Henricus, Episcopus Halberstadiensis, 1598. regimen Guelpherbytanum capessivit, retento Episcopatu.

Christianus Wilhelmus, Mindensis Episcopus, regimen Luneburgicum 1611. capessivit & Episcopatum retinuit, usque ad annum 1625.

Ernestus Augustus, Osnabrugensis Episcopus, Ducatum & Electoratum Brunsuicensem obtinuit, retinens Episcopatum usque ad mortem.

Ulricus, Suerinensis Episcopus, Ducatum Güstroviensem capessivit 1557. retinens Episcopatum usque ad annum 1603.

c.) *Nonnulli sponte resignant: alii pacto & Capitulatione resignare promittunt.*

Episcopatum Caminensem resignavit Joannes Fridericus 1574. Casimir 1600. Franciscus 1618. cum in reginem Ducatus Pomeraniæ succederent.

Capitulatione Joachimi Friderici, Administratoris Magdeburgici, de 1567. art. 48. cavetur: Im fall aber in künfftigen Zeiten, die Churfürstl. Würde und Regierung des Fürstenthums Brandenburg, an Uns, als den anwartenden successoren, kommen und fallen würde: alsdenn soll durch Unsre, solche erbliche succession im Churfürstenthum, die Administration, und all andre Gerechtigkeit und Verwaltung im Ertz-Stifft, gäntzl. extinguiret und aufgehoben seyn . . . . auch die Huldigung, so von des Ertz-Stiffts Ständen, Amtleuten und Unterthanen, genommen, sich alsdenn weiter nicht erstrecken, sondern vermög Unserer Capitulation, ipso facto todt und erloschen seyn. Atque ita res contigit anno 1598.

Capitulatione Lubecensi de 1707. art. XI. disponitur: Wenn der Bischoff zur Landsfürstl. oder anderer weltl. Regierung tretten werde, solle er das Stifft pure abtretten.

§. 355.

Liberi proscriptorum innocentes, utut successione, non tamen alimentis privantur.

Alimenta liberis Joannis Friderici, Electoris Saxoniæ, & Joannis Friderici, Gothani, ex ditionibus ablatis fuisse præstita, testatur *Müller* Annal. Sax. ad an. 1547. & 1570.

§. 368.

In casu heredis, in legitima instituti, jus accrescendi obtinet.

Quodsi quis heres instituitur in legitima, locum omnino habebit accrescendi jus, quia tunc legitima capitur, ex voluntate defuncti. Exemplo sit dispositio Joannis Ludovici, Comitis Sulzensis, qua inter filias suas primogenituræ jus introduxit, & inter alia disposuit: daß die jetztlebende drey jüngere, und künfftig etwa noch erwartende Töchter, von der primogenita Maria Anna, Gräfin zu Schwartzenberg oder ihren Erben, wenn sie zur possession gelangen werden, pro competente dote, loco legitimæ, 80000. fl. (als welches quantum, nach beschehener Untersuchung aller eigentlicher Güther und effecten, proportionirt befunden worden) gegen Verzicht, bey ihrer standsmäßigen Verheyrathung, oder wenn eine oder die andere in cœlibatu verbleiben, oder den geistl. Stand erwehlen solte, unter habhaffter Verpfändung aller specificirten Güther, nach apprehendirter possession in 2. Jahren, als in dem ersten 40000. fl. und in dem folgenden auch 40000. fl. ohne Abgang, baar erleget, oder nachdem sich die interessirte theile werden vergleichen, die Capitalia um 5. pro Cent verinteressiret werden sollen: „ jedoch daß wenn mehrere, als der „ jetzlebenden Töchter, verlassen würden, die titulo institutionis zugelegte legi- „ tima der 80000. fl. unter ihnen æquis portionibus repartiret werden sollen, „ und wenn auf solchen Fall, eine hiervon participirende Tochter ohne Leibes- „ Erben absterben, über ihre empfangene portion aber nicht disponiret haben „ würde, allermassen sie alle dasselbe jederzeit libere zu thun, berechtiget seyn, „ der abgelebten hinterlassene portion denen überlebenden dreyen oder mehrern „ Schwestern, oder deren Leibes-Erben, accresciren solten.

§. 388.

Antiquitas Heergewettæ & Geradæ.

Hergewettæ & Geradæ, seu rerum expeditoriarum & utensilium antiquissimum vestigium in lege Anglorum & Warinorum quærit *Heineccius* in Elem. juris Germ. L. 2. T. 9. §. 224. Hæc Anglorum & Warinorum lex, tit. 6. §. 1. præcipit, ut hereditatem defuncti filius, non filia, suscipiat: si filium non habuit, qui defunctus est, ad filiam pecunia & mancipia: terra vero ad proximum, paternæ generationis consanguineum, pertineat. Ad quem hereditas terræ perveniebat, ad illum & vestis bellica, i. e. lorica & ultio proximi & solutio leudis, pertineat, ad filiam vero ex materna hereditate, spolia colli, i. e. murenæ, nuscæ, (fibulæ) monilia, inaures, vestes, armillæ, & quicquid mater ornamenti proprii videretur habuisse. Quæ igitur tradunt *Gobelinus Persona* Cosmodrom. art. 6. c. 47. de Henrico Aucupe scribens: mandavit, quod senior inter fratres quoscunque, deberet esse in exercitu Regis, & propter hoc, solus ipse tolleret patris exuvias, inter quas arma maxime reputabantur, & inde vulgo Herewede adhuc nominantur: & *Botho* in Chron. picto Brunsuic. ad an. 907. De Kaiser satte, dat de oldeste Sone scholde in dat here varen, unde satte, dat de herewede scholde vallen an den öldesten Sone, efte an den negeste mang, van de Schwerd halven, da wart do eyn recht to voren: hæc inquam, non ita accipienda, ac si Henricus Auceps primus introduxerit Hergewettam, sed quod jam ante usitatam, lege firmavit.

§. 397.

Gerada in sola Saxonia usitata.

Utut prisco jure provinciali Suevico, cap. 264. circa Geradam idem, quod in Saxonia, obtinuerit. In ipsa Saxonia, Duces Gothani haud agnoscunt jura Geradica. Ernestus, Dux Saxo-Gothanus, testamento de 1672. disponit: weil bisher in unserm Hauße nicht gestanden, noch nachgegeben worden, daß einige Gerade, so sonst zwischen denen von Adel, oder auch wohl denen Grafen, gebräuchlich seyn mag, aus demselben gefolget werde: Als sollen auch Unsre Söhne und Nachkommen noch ferner darüber festigl. halten, und zu keiner Auslieferung einiger Gerade-Stücken sich verstehen. Adde dicta de codicillo Friderici Wilhelmi II. Altenburgensis, in monitis ad Tom. 5. §. 519.

§. 405.

Gerada sine onere futuro relinquenda.

Geradam sine onere futuro debere relinqui, nec fideicommisso posse gravari, ejusve alienationem prohiberi, docet & præjudicio Facultatis Juridicæ Halensis de 1704. illustrat *Stryck.* Us. Mod. Pand. L. 33. tit. 10. §. 5.

§. 408.

Donatio Geradæ.

Geradæ donationem, in pactis dotalibus, ante matrimonium factam, subsistere, certum satis. Vid. *Goldbeck.* de jur. Gerad. c. 7. membr. 1. n. 13. *Stryck.* Us. Mod. Pand. L. 24. T. 1. §. 11. At post consummatum matrimonium, illa marito aliter, quam ob causam, donari nequit.

§. 417.

Dresdæ filii capiunt Geradam.

Statuto Dresdensi, c. 9. §. 10. filii sunt capaces geradæ maternæ. Id tamen ad nobiles, ibidem commorantes, non esse extendendum, censuit supremus Appellationum Senatus, in causa Ponikauischer Geschwister contra Caspar von Haugwiz, 1646. Vid. *Berger* Oecon. Jur. L. 2. T. 4. §. 40. Not. 16.

§. 438.

a.) *An Carolus M. Saxonibus testamentifactionem ademit?*

Affirmat *Paulus Aemilius Veronensis*, de gestis Francorum, L. 2. sed putat *Heineccius* in Elem. Jur. Germ. L. 2. T. 6. §. 144. Aemilium hæc desumsisse ex Autore Vitæ Ludovici Pii, quem tamen perverse intellexerit: Autor Vitæ ita scribit: Quo tempore Saxonibus atque Frisonibus *jus paternæ hereditatis*, quod sub patre, ob perfidiam, legaliter perdiderant, imperatoria clementia restituit. Non esse sermonem de testamentifactione, sed jure paternæ hereditatis, i. e. bonis avitis, quæ fisco ob perfidiam erant addicta. Nil tamen obstat, quo minus utrumque possit esse verum.

b.) *Testa-*

b.) *Teſtamenta medii ævi.*

Idem *Heineccius* l. c. Tit. 7. §. 181. erudite obſervat, occurrere mentionem teſtamenti Henrici Aucupis apud *Witechind. Corbejenſ.* Annal. L. 1. p. 641. Ottonis II. apud *Gobelin. Perſon.* æt. 6. c. 49. extare integra teſtamenta Brunonis, Archiepiſcopi Colonienſis & Ducis Lotharingiæ, apud *Leibnit.* Scriptor. rer. Brunſv. Tom. I. p. 289. Ottonis IV. apud *Meibom.* in Apolog. Otton. IV. p. 148. Teſtamentum quoque Ottonis divitis, Miſniæ Marchionis, meminiſſe autorem *Chron. Mont. Seren.* ad an. 1188. ſed ea vix quicquam continere, præter legata ad pias cauſas. *Gregorium Turonenſem* ſæpe facere mentionem teſtamentorum, & L. 6. c. 46. vitio vertere Chilperico Regi, quod teſtamenta, in eccleſiis conſcripta, plerumque diſrupuerit, econtra L. 7. c. 7. laudare Gunthramum teſtamenta defunctorum, qui eccleſias heredes inſtituiſſent, & quæ à Chilperico compreſſa fuerint, reſtaurantem.

c.) *Nobilium.*

Pergit *Heineccius*, Seculo XII. valde reſtrictam fuiſſe nobilium teſtamentifactionem, idque patere ex diplomate, quo Conradus Imperator 1139. Folmaro, Præpoſito Franckenthalenſi, facultatem dat, bona ſua (nullo feudali nexui obnoxia, ſed) quicquid hereditatis habuerit à patre Hebelino, per manum mundeburdi ſui, eccleſiæ in Franckenthal, translegandi, apud *S.hannat.* Hiſt. Wormat. in Cod. probat. n. 75. Ex Sec. XIII. ſupereſſe teſtamenta Leutoldi de 1206. apud *Ludewig* Reliq. MSC. Tom. 4. p. 184. Eliſabethæ de Trenel, de 1264. apud *Falckenſtein.* Cod. dipl. Antiq. Nordgov. p. 52. Henrici de Lapide, de 1279. ib. p. 68. Ulrici de Salzburg, de 1285. ib. p. 86. Ottonis de Roſenberg, apud *Ludewig* Reliq. MSC. Tom. 4. p. 99. Ab hoc tempore frequentia, nobilium in Germania ſuperiore, occurrere teſtamenta.

d.) *privatorum.*

In Saxonia, ante Sec. XV. inter privatos teſtamentorum haud occurere veſtigia, ait *Heineccius.* Speculum Saxonicum nullam eorum injicit mentionem: at Suevicum, clare ſatis. Anno 1409. mentionem fieri teſtamentorum in diœceſi Halberſtad. apud *Ludewig.* Reliq. MSC. T. 8. p. 456. & Misnenſi ib. T. 4. p. 444. In Flandria, jam Sec. XIII. & in Friſia, Sec. XIV. infimæ etiam ſortis hominibus fuiſſe facultatem, de rebus ſuis teſtandi.

§. 443.

a.) *Principum teſtamentifactio an à lege civili arcenda?*

Multis ſe difficultatibus involvit Dn. *Jo. Aug. Hellfeld*, dum in Jurisprudentia Heroica Struviana, Part. 7. c. 3. §. 7. p. 248. ſq. rationes hoc modo ſubducit: Naturali jure, ait, mortuo domino, ejus bona res nullius eſſe incipiunt, adeoque occupanti cedunt. At cum innumeræ rixæ & turbæ inter cives, propter eorum occupationem, metuendæ ſint, civilibus legibus certus cuilibet aſſignandus ſucceſſor, in quo determinando, eo reſpicere jubet publicæ rei utilitas, ne domino invito obtrudatur heres, quoniam alias nemo, de conſervandis ac cogendis bonis, foret laboraturus. Quare cujusvis arbitrio & voluntati jus civile univerſale relinquit, quem ſibi heredem, vel pacto, vel teſtamento, vel ab inteſtato, voluerit. Idemque inter illuſtres obtinere, putat Vir Clariſſimus. Si enim ipſi ſunt ſummi imperantes, vivunt quidem in ſtatu naturali, attamen exiſtunt in civitate & tanquam civitatis Principes, civium numero non ſunt eximendi, ſive is, qui antea jam fuit civis, ad imperantis ſolium evehatur, nam tunc non deſinit eſſe civis, ſed ex uno civium ordine, ad claſſem eorum ſupremam, evehitur: ſive extero deferatur ſummum imperium, quippe qui, eo ipſo, fit pars civitatis, h. e. civis eminentiſſimus, prout *Plinius* in Paneg. c. 9. Trajanum civem, *Vellejus* vero L. 2. c. 99. Tiberium, poſt unum, (Auguſtum) civem eminentiſſimum vocat. Cum igitur ſummi imperantes ſint cives eminentiſſimi, in civitate autem, bona poſt mortem non fiant nullius, ſed in ſucceſſorem, ex defuncti voluntate, vel vera, vel præſumta, transferantur, inde ſummorum imperantium ſucceſſionem, tam teſtamentariam, quam ab inteſtato & pactitiam arcendam eſſe, cenſet.

b.) *Res defunctorum nullius fieri, fruſtra prætenditur.*

Nobis hæc ſententia nec ſolida ſatis videtur, nec Principum rationibus conveniens. Πρῶτον ψεῦδος in eo reſidet, quod naturali jure bona defunctorum nullius fieri perhibentur, quod quam falſum ſit, oſtendimus §. 441. Ea eſt dominii indoles, ut res ſemel in proprietatem redactæ, tam diu in eadem perſiſtant, donec vel transferantur in alium, vel derelinquantur. Derelictio, voluntatem derelinquentis ſupponit. Quæras vel ex mille moribundis, num res ſuas haberi velint pro derelictis. Vel nullos, vel pauciſſimos, annuentes deprehendes. In derelictorum numero ſi haud ſunt bona defunctorum, cedere illa neceſſario debent iis, in quos illa de-

defunctus translata voluit. Simulac igitur naturale jus rerum dominia admittit, ex ipsa eorum indole simul testamentifactionem pariter, ac successionem ab intestato probat, quæ proinde adminiculo juris civilis universalis non indigent, sed obtinere possent, etiamsi nullæ unquam societates civiles coaluissent.

c.) *Princeps legi civili non subest.*

Parum igitur consulunt juri & dignitati Principum, qui, ut ipsis successionum commoda vindicent, eos in civium, ac subditorum classem, deturbandos censent. *Plinius* & *Vellejus* ipsis plane non patrocinántur, dum Tiberium ac Trajanum, civium nomine compellant. Plus dico, & Tiberium ac Trajanum, superstitibus Augusto & Nerva, non cives modo, sed subditos plane ac ministros fuisse, assero. Imo in laxiori sensu eodem jure, quo caput inter membra & partes corporis humani refertur, civis notionem idem, quod societatis civilis membrum, denotare, ipsumque summum imperantem comprehendere, concedo. Sic ubi *Puffendorfius* de officio hominis *& civis*, commentatur, imperantium etiam officia tradere, haud omisit. At ubi civis proprie, præsertim in materia ferendarum & custodiendarum legum, pro parente & subdito accipitur, eatenus Princeps vel summus imperans, sub civis notione comprehendi plane nequit, quia non est subjectus legibus, qui habet in potestate facere leges. Frustra igitur asseritur, eum qui ex cive fit imperans, non desinere esse civem. Potius eo ipso, dum fit imperans, desinit esse parens, seu subditus, quæ duo simul, eodèmque respectu, in eodem subjecto subsistere nequeunt. Sicut econtra extraneus in Principem electus, ad leges ferendas, non ut iis subsit, adsciscitur, nec proinde in subditorum aut civium, proprie dictorum, est numero.

d.) *Lex civilis invito potest obtrudere successorem.*

Denique arcti nimis legislatori limites ponuntur, si cogeretur præcise successiones tribuere iis, quos optaverit defunctus. Justæ & legitimæ possunt esse legislatori rationes, jubendi e. c. ut successio ultra tertium, quartumve gradum, haud porrigatur: ne ad eam admittatur extraneus, Clericus &c. Quas leges subditi omnino observare tenentur, ipse vero summus imperans iisdem se, ac liberum suum testandi arbitrium, constringi, haud patietur, quod tamen ex dissentientium hypothesi, quæ summum imperantem civibus annumerat, eique legum civilium compendia pariter ac fræna applicat, omnino sequeretur. Cum igitur

igitur Principum teſtandi jus à lege civili arceri nequeat, de alio teſtamentorum fundamento, & tali quidem, quod ad Principes pariter ac ſubditos quadrat, erit diſpiciendum.

§. 454.

Filiusfamilias de peculio adventitio irregulari, patre conſentiente, teſtari non poterat: ſed mortis cauſa donare.

Vid. L. 25. §. 1. Dig. de mortis cauſ. donat. Rationem in eo quærunt, quia teſtamentifactio eſt juris publici, quod mutare pater nequit: bene autem favori, pro ſe introducto, renuntiare, quod in tali donatione contingit.

§. 460.

Obſides hodie libere teſtantur.

Olim obſides càptivis quodammodo comparabantur, L. 31. Dig. de jure fiſci, quod plenius ex antiquitate Romana explicat *Schilter* diſſ. de ſtat. Obſid. c. 9. ac ideo ſine permiſſione non poterant teſtari. L. 11. Dig. qui teſt. fac. poſſ. Verum, cum hodie obſides liberi maneant, nec peregrinis teſtamenti factio denegetur, liberam hodie habent teſtamentifactionem.

§. 462.

Validum poteſt eſſe teſtamentum ejus, qui tempore conditi teſtamenti habuit teſtandi jus, utut tempore mortis, eodem deſtitueretur.

§. 465.

Jus exuviarum.

Priſcis temporibus Imperatori competebat jus exuviarum, vi cujus, mobilia Prælatorum defunctorum ad Imperatorem ſpectabant. Primus huic juri renuntiavit Otto IV. ad Innocentium III. Papam ſcribens: conſuetudinem illam deteſtabilem, qua Epiſcoporum, Abbatum, de hac vita migrantium, bona, tempore mortis relicta, quidam noſtri anteceſſores hactenus occupabant, omnino in poſterum dimittemus.

§. 471.

Ditio Germanica teſtamento translata.

In Comitatu Saynenſi, præ ſucceſſione ordinaria, ſæpius obtinuit teſtamentaria. Conf. dicta ad §. 132.

§. 480.

De familiæ fideicommiſſo teſtari non licet.

Cum olim omnia immobilia fuerint familiæ fideicommiſſa, vid. §. 127. nec de iis teſtari aliter permiſſum, quam accedente conſenſu heredis legitimi. Occurrit apud *de Gudenus* Cod. dipl. T. 1. p. 425. conventio inter fratres, Comites de Schardenberc: quicquid proprietatis habet Hermannus & fratres ſui de Schardenberc, cuilibet eorum liceat partem ſuam uxori legare. Pariter ſicubi & quatenus inter conjuges bonorum communio obtinet, vid. dicta Tom: 2. §. 336. ad teſtandi facultatem conjugis conſenſus requiritur, quatenus de ejus præjudicio agitur.

§. 488.

a) *Irrita, de Imperii feudis, Vaſallorum teſtamenta.*

Ulricus ultimus, Carinthiæ Dux, Ottocaro, Bohemiæ Regi, Ducatum ſuum vendiderat, teſte *Dubrav.* L. 17. eumque ſimul heredem ſcripſerat teſtamento, quod adhuc in Archivo Archiepiſcopi Pragenſis aſſervatur, editumque *à Peſſina*, in Marte Morav. l. 3. c. 7. & *Bohuslao Balbino*, Dec. 1. L. 8. p. 15. At cum poſt Ulrici mortem Ottocarus arriperet poſſeſſionem, contradixit Rudolfus Imperator, Carinthiam Imperio apertam judicans.

b.) *Ni accedente domini conſenſu convaleſcant.*

Ottocarus, Stiriæ Dux, ultimus ſuæ gentis, anno 1186. ſocerum, Leopoldum Auſtriacum, heredem ſcripſit. Aſſentiente Henrico VI. Imperatore, negotium exitum cepit.

Margaretha, Tirolenſis Comitiſſa, 1349. in caſum, ſi Meinhardus filius improles decederet, heredes inſtituit Rudolfum, Fridericum, Albertum & Leopoldum, Auſtriæ Duces. Defuncto ante matrem Meinhardo 1363. Comitatum reapſe ceſſit, reſervatis ſibi annuis reditibus, & Carolus IV. Imperator generum ſuum, Rudolfum Ducem, deſuper inveſtivit. Ac licet Bavariæ Duces,

Stephanus & Albertus, Meinhardo, tanquam nepoti ex fratre, Ludovico ſuccedere cuperent, acceptis tamen 116000. fl. acquieverunt.

§. 495.

Legatis pacto modus ponitur.

Confraternitate Saxo-Haſſiaca cautum, ne confrater teſtamento ultra 30000. fl. legare valeat. Pacto familiæ Oettingenſi, ſub nullitatis pœna prohibitum, ultra 2000. thal. legare.

§. 502.

Legatum generis.

*** Anno 1538. inter quinque Comites de Waldeck, mediatorum ſuaſu, hæc dividendi ratio adhibita, ut conſtitutis duabus portionibus, una duobus fratribus ſenioribus, altera tribus junioribus, pro indiviſo tribueretur.

De cetero *principium contiguitatis* præcipuam arbitro, vel judici, ſuppeditabit normam, aſſignandi cuique ſuam portionem, hoc eſt, eo reſpiciet, ne ditiones, hinc inde diſperſæ, ſed proxime adjacentes, cuivis obveniant, quod magis omnino expedit, quam ſi arbiter rem ſorti, aut junioris optioni, committeret. ****

**** Extinctis lineis Coburgenſi, Römhildenſi & Eiſenbergenſi, Meinungenſis Dux interſerebat, quia tres eſſent hereditates, tres maſſas eſſe conſtituendas & tres diviſiones ſuſcipiendas. At Salfeldenſis reponebat: cum tres hæ hereditates ex una communi maſſa prove-

ne-

nerint, & omnes tres adhuc ſint indiviſæ, ſatius eſſe, unica maſſa conſtituta diviſionem ſimul, ac una vice, peragere. Qua in ſententia ipſi adſtipulabatur Conſilium Imperii Aulicum. Sic & diviſio in linea Erneſtina 1660. ſuſcepta, ad rationes principii contiguitatis fuit peracta.

c.) *Peræquatio portionum.*

Cum autem rariſſime, conſtitutæ ditionum portiones, ſibi exacte ſint æquales, eo allaborandum, ut heredes portiones ſuas vel accipiant in ſolle, per Pauſch und Bogen, quo ipſo, inæqualitatis querelæ renuntiant *, vel *peræquatio* eſt ſuſcipienda **, ita, ut quantum uni portioni deeſt, tantum ex altera ſuppleatur, id quod ſummis difficultatibus ſolet eſſe obnoxium, omnium tamen commodiſſime fit per conficiendas deſignationes, es müſſen Anſchläge gefertiget und zum Grunde geleget werden. Compendium hujus rei fieri poteſt, ſi retineantur antiquæ, quæ forte jam adſunt, die alte portions-Bücher ***. At ſi propter mutatum nimis rerum ſtatum, novæ conficiendæ, reſpicitur vel pretium commune, die Anſchläge werden gemacht nach Landläuffigem Preiß: vel Camerale, nach Herrn Gült- und Cammer-Anſchlägen. Atque ſic proventus in claſſes certas rediguntur, prout ſunt vel certi prædiorum, cenſuum, & operarum: vel incerti laudemiorum, mulctarum, venationum, (Regalia & ædificia, pro re nata, vel taxantur, vel tanquam acceſſoria conſiderantur) & ex ſumma proventuum 10. 12. vel 20. annorum, per eundem numerum diviſa, annui reditus, cujuſque portionis, determinantur ****, quodque uni portioni ex altera ſuppletur, ſi fieri poteſt, in eodem genere, es muß gleiches mit gleichem peræquiret werden, Wein mit Wein, Frucht mit Frucht, Geld mit Geld, aut ſi hoc fieri nequit, pretium ejus, quod deeſt, ſuppletur *****.

* In diviſione Mecklenburgica, per ſortem facta 1611. læſionis exceptioni, adeoque & peræquationi, partes in anteceſſum renuntiabant. At quoniam Güſtrovienſis portio meliora continebat ædificia, quam Suerinenſis, huic 30000. fl. compenſationis loco, addebantur.

** Regulariter peræquatio fit ante traditionem portionum, cuique aſſignatarum, niſi partes jam ſint in poſſeſſione ditionum. Lite, ſuper ſucceſſione Coburgica, per ſententiam judicii Imperialis Aulici 1714. deciſa, reſcribebat Imperator: ohne Anſtand zu Vollziehung

ziehung zu schreiten, auch gesamter Hand die Einrichtung und peræquation, nach Contiguitæt der Lande, durch erfahrne Räthe und Diener, vorzunehmen. Anno 1721. exhibebant Gotha und Saalfeld Anzeige, von der, von allen 4. Fürstl. Herrn Interessenten nunmehro gemeinschafftlich agnoscirten und vollzogenen rectification der portionen-Anschläge, bey den Coburg, Eisenberg, und Römhildischen Landen. Meinungensis similem exhibebat declarationem. At ex parte Hildburghusana peræquatio in contumaciam, pro agnita, acceptabatur.

*** In divisione interimistica Schwarzburgica 1612. conventum: Läst man es bey denen 1571. gemachten Anschlägen bewenden. Denn obwohl bey einem Theile mehr, als bey dem andern, seit 1571. gemachten Besserungen, und dazu gebrachten Güthern, zu befinden seyn möchte. Weil es aber, über die Besserungen diesmahl sonderliche Anschläge zu machen, Verhinderung geben wollen, haben sie sowohl die Besserungen, so sich jetzo bey einem, oder dem andern Theil, finden möchten, als auch die *defecten* gegen einander compensiret, und biß auf künfftige Erbtheilung, oder neue Anschläge, ausgesetzt. Woferne sich aber gleichwohl befinden würde, daß die Besserung eines Theiles über 200. fl. jährlicher Nutzung mehr, als des andren Theils, austrüge, so soll zu Ausgang der verglichenen Zeit, dem verkürtzten deswegen billige Erstattung geschehen.

**** Bey Errichtung des portion-Buchs in der Sachsen-Ernestinischen linie, so 1572. durch eine Kayserl. Commission geschahe, ist aus 12. Jahrgängen ein gemeines Jahr gezogen.

***** In divisione Nassovio-Catimelibocensi de 1607. Weil Wir Graf Ernst Casimir, wie auch Unser Pfleg-Sohn Graf Johann Ludewig, in Unsern und Sr. Lbden zukommenden Erbtheilen, fast geringe Gelegenheit an Mastung, Jagden und Fischereyen haben können: so haben Wir andre Gebrüder, Graf Wilhelm Ludewig, Graf Joannes und Graf Georg freundlich bewilliget und auf Uns genommen, vor Wohlgedachten Unsern freundlichen lieben Brüdern, Graf Ernst Casimir und Graf Johann Ludewigen, zu gut, zur Zeit Ihr. Lbden häußlicher Residirung, jährlich einem jeden

50. 80. oder 100. Schweine, nach Gelegenheit voller oder halber Mastung, in Unsre Wälder ohne Entgelt, und des Eckerens, so gut es jederzeit seyn mag, mit geniessen zu lassen, wie auch Ihr. Lbden alsdenn mit Wildpret und Fischwerck zur Küchen, freundlich zu bedencken.

d.) *Traditio portionum.*

Rite sic exæquatis portionibus, sua cuique tribuitur ac traditur, (in quantum nondum in antecessum forsan jam occupata) quod fieri potest vel brevi manu per Recessum, aut Patentes: vel solenniter, per evacuationem, à Commissariis peragendam.

e.) *Brevi manu per Recessum.*

In divisione Mecklenburgica de 1611. ita disponitur: Wenn das Loß, wie jetzt gemelt, geworffen, soll einem jeden Theil, den ihm angefallenen Antheil alsobald anzunehmen und zu occupiren, frey stehen, jedoch daß dasjenige, was an Vieh, Haußgeräthe, Victualien und anderm Vorrath, und was dem anhängig, laut der Inventarien, auf den einen, oder andern Theil, sich mehr finden wird, solches mit Geld oder sonsten erstattet, und dem andern gebührlich entrichtet werde.

Rheingravii in Recessu de 1701. paciscuntur: Neuntens stehet jeder Parthey frey, in dem ihr zugetheilten Loß privative possession und Huldigung zu ergreiffen, und da ihr deswegen einige Hinderung entstehen könte oder gemacht werden wolte, versprechen allerseitige hohe Herrn Compaciscenten einander getreulich zu assistiren und zur völligen administration der Lande zu verhelffen.

f.) *per Patentes.*

Der Hennebergische Theilungs-Recess de 1661. ita fert: So wollen Wir auch einander, in allbereit verglichener Form, Auflassungs-Brieffe geben, die Unterthanen ihrer Pflicht loß sagen, und damit an ihre künfftige Herrn und Landes-Fürsten gebührend weisen.

g.) *Evacuatio portionum.*

Exemplum Anhaltinum adduximus ad §. 816. In divisione Mecklenburgica de 1621. cautum: weil Wir beyderseits etliche Aemter bisher im Besitz und Gebrauch gehabt, und darauf Unser Fürstl. Geräth und Vorrath noch haben:

so

ſo ſollen und wollen Wir ſolches alles, zwiſchen dies und Bartholomæi, durch die Amts-Fuhren abführen laſſen: aber die Adminiſtration und Verwaltung der Aemter, ſollen jetzo alsbald angetretten und eingeraumet werden.

h.) *Effectus diviſionis.*

Diviſione peracta, quilibet portionum ſibi aſſignatarum eſt dominus, iisdem utitur, de iis diſponit, ac ditionum, eo pertinentium, titulos, ac inſignia gerit. Cum Comites Sponheimenſes in duas lineas Sponheim & Sayn ſe ſeparaſſent, Sponheimenſis Sponheimenſem, Saynenſis Saynenſem titulum geſſit. Ac Stephanus, Comes Palatinus, in diviſione paterna 1444. diſponit: Als Unſer Sohn Hertzog Fridrich die Wapen der Grafſchafft Sponheim, die Graf Simon ſeel. geführet hat, führen, und ſich Graf zu Sponheim ſchreiben ſoll: Dergleichen ſoll Unſer Sohn, Hertzog Ludewig, die Wapen von Veldenz führen, und ſich Graf zu Veldenz ſchreiben.

i.) *Tituli & inſignia hodie in communione manent.*

A multis tamen jam retro Seculis mos invaluit, ut etiam poſt diviſionem cuncti coheredes totius Principatus titulum & inſignia retineant. Ferdinandus I. Imperator 1554. diſponit: Setzen und ordnen Wir, daß ſich Wohlgemelt Unſer geliebte Söhne, alle und jede, von allen obbemelten Unſern und Unſers Hauſes Oeſterreich Landen und Herrſchafften, ſchreiben, und davon Wapen und Panier führen mögen, ſowohl, als ob dieſe Theilung nicht beſchehen wäre.

k.) *Evictio coheredum.*

Quam, quisque coheredum, portionem accipit, capit in compenſationem reliquarum, ceteris coheredibus aſſignatarum. Unde negotium hoc oneroſum & bilaterale eſſe, intelligitur. Quodſi igitur uni ſua portio in totum, aut pro parte, à tertio quodam, jure aufertur & evincitur, reliquis incumbit obligatio præſtandi rei ablatæ evictionem. Quam ob rem ſingulare omnino erat pactum, additum diviſioni Fuggerianæ de 1575. doch wollen Wir um Gewehrſchafft oder Vertrettung gegen einander, durchaus nicht verbunden, ſondern ſoll ein jeder ſchuldig ſeyn, ſo viel ſeine zugetheilte Stück und Güther betrifft, ſo fern er derhalben rechtlich angefochten würde, die Sachen gleichwohl, ob er will, durch

die Gemein-Advocaten und Procuratores, aber doch sonst auf seine eigene Kosten und Verlag, zu sein selbst Gewinn und Verlust, auszuführen. Conf. *Mosers* Teutsches Staats-Recht Tom. XV. p. 95.

§. 849.

Successores agnoscere debent facta antecessorum.

Statim in ipsa inauguratione successores adiguntur ad servanda pristina jura & privilegia, quod ipsum pariter cernitur in iis, qui jure electionis succedunt. Sic Gandersheimensis Abbatissa jurat: solche Brieffe, die Unsre Vorfahren dem Capitel dieses Stiffts, samt und sonders, und allen andern Personen, mit ihren und des Capitels Innsiegel versiegelt, gegeben haben, nach Möglichkeit zu halten.

§. 850.

a.) Staats- und *Cabinets*-Schulden.

Germanis debita regni, seu publico Reipublicæ nomine contracta, dicuntur Staats-Schulden: at Regis, seu privato ipsius nomine contracta, Cabinets-Schulden.

b.) *Funeris sumtus*

ad quodnam debitorum genus pertineant? ac num â successore, an ab herede, solvi debeant? sæpius disceptatum. Falluntur, qui rem floseulis juris Romani conficere, existimant. Quod in Tit. Dig. de relig. & sumt. fun. passim inculcatur: impensas funeris semper ex hereditate deduci: de suo expedire mortuos funerari: item ne quis de alieno funeretur: æquissimum esse visum veteribus, mulieres quasi de patrimoniis suis, ita de dotibus funerari, &c. hæc, inquam, omnia, ad solos, privatæ fortunæ homines, pertinent. Quos vero fortuna ad publicæ rei fastigium & regimen evexit, ut publicum splendorem publicis sumtibus sustineant, ipsis rebuspublicis coæva lex est. Quamobrem nemo dubitabit, Regium quoque, aut Principis funus, publico splendore, publicisque sumtibus, esse celebrandum. Sic Anglos & Suecos ad Reges suos, Belgas ad gubernatores suos sepeliendos, largissimos sumtus suppeditasse, novimus.

c.) *Principis Vasalli.*

In Principatibus feudalibus, quoties feudi ab allodio separatio suscipienda, funeris sumtus heredi allodiali regulariter, feudali autem successori demum in sub-

ſubſidium eſſe imponendos, communiter volunt. Si tamen publicum adeſt ærarium, inde quoque, quæ ad publicum ſplendorem, adeoque & ad pompam feralem publice ducendam, pertinent, ſunt deſumenda. Fons erroris, qui funeris ſumtus indiſtincte heredi imponit, hic eſſe videtur, quod funeris impenſa ad æs alienum defuncti refertur, quod ſicut in privatis admitti quidem poteſt, ita in Regibus, Principibusque, manifeſto fallit *, quod ipſi diſſentientes eatenus agnoſcunt, ut apparatum lugubrem pro miniſtris publicis, ac collegiis, non heredum, ſed ſucceſſoris ſumtibus, inſtrui debere, aſſerant, utut pro vidua & familia, veſtes lugubres ex hereditate mobiliari deſumi, velint. Quod vero collectæ funerales, Begräbniß-Steuer, imponi non ſoleant, ejus rei hæc cauſa eſſe videtur, quod neo-regentes potius collectas minuendo, quam novas irrogando, populi amorem ſibi conciliare ſtudent. In ditione Bipontina aliquando conſilia, de ejuſmodi collectis irrogandis, agitata. Haud tamen annuebat ſequeſtratio Cæſarea, quæ tunc gubernabat. In Comitatibus & Dynaſtiis minoribus, res propius ad patrimonii privati naturam accedit, ac ibi ſumtus funeris, ad defuncti æs alienum, ab herede ſolvendum, pertinent, neque ſucceſſor hoc onere gravandus **, multoque minus vidua, quæ heres non eſt, ſed dotalitium ſaltem accipit, quippe cui potius luctus eſt inſtruendus, *** & ea, quæ forte in funus impendit, ſunt refundenda, prout Conſilium Imperii Aulicum d. 10. Jan. 1728. injunxit Principi Waldeccenſi refuſionem expenſarum funeralium.

* Recte Auguſtus Wilhelmus, Dux Brunſuicenſis, in Ordinatione funeris ſui de 12. Mart. 1731. inter alias hanc addit rationem: weil man ohne dem ein merckliches durch meine Regierung erworben, und es ohne dem gebühret, daß die Folger in der Regierung die Unkoſten dazu hergeben müſſen.

** Camera Imperialis 1680. judicavit: daß Graf Wilhelm Ottens zu Yſenburg allodial-Erben, die eingeklagte Leich-Koſten abzuſtatten ſchuldig.

*** JCti Tubingenſes cenſuerunt: daß die von einer Hertzoglichen Wittib angeſchaffte Trauer-Kleider für ihren Gemahl, nicht von denen ordentlich gewidmeten Kleider-Geldern, ſondern aus des Gemahls Verlaſſenſchafft, zu bezahlen.

d.) *Apanagiatorum & filiarum.*

Pariter Principes Apanagiati de ſuo, atque à ſuis heredibus, ſunt funerandi, niſi familiæ pacta, hoc onus primogenito diſerte imponant. Sic Wilhelmus, Landgravius Haſſo-Caſſellanus, 1627. fratrum, ſororumque funera, ſuis ſumtibus curare promiſit. Reuſſiorum Comitum pacto de 1668. cavetur: die Fräuleins werden auf der Lehns-Folger Koſten nicht unbillig, wie es beym Reuſſiſchen Stamm Herkommens, zur Erde beſtattet, es wäre denn, daß ſie ſelbſt auch noch ein hierzu austrägliches Erbe verlieſſen. Und obwohl auf ſolchen Fall, derer verſtorbenen Erben ex teſtamento, oder ab inteſtato, die Leich-Koſten dazu zugeben, ſchuldig: ſo ſollen doch nichts deſtoweniger die Helffte derſelben aus dem Väterlichen Lehn mit bey-die andre Helffte aber von gedachten ihren Erben, getragen werden.

§. 851.

Num ſucceſſor agnoſcere teneatur augmentum, quo defunctus filiabus alimenta conſueta auxit?

Quæſtio eſt, in qua multum judicis arbitrio relinquendum: num defunctus exceſſerit modum, aut forſan ob aucta rerum pretia, mutatamque vivendi rationem, juſtas habuerit cauſas aliquid addendi; quod poſterius plerumque, ob alimentorum favnrem, præſumitur. Hinc obſervamus judicium Imperii Aulicum in favorem talis augmenti pronuntiaſſe, in cauſa Naſſovio-Sigenſi d. 19. Jun. 1709. it. in cauſa Charlottæ Wilhelminæ, Saxo-Iſenacenſis, de 4. Apr. & 3. Sept. 1742.

§. 853.

Succeſſor in feudo ſolvit debita, ex neceſſitate & utilitate publica contracta.

Mortuo Guſtavo, Bipontino, reſponderunt JCti Halenſes, teneri ſucceſſorem ad debita contracta: zur Mondur des Creiß-Contingents, non autem pro militibus, ſolius ſplendoris cauſa ſuſtentatis, ſo nur zum Staat gehalten. Iidem JCti 1705. occaſione ſucceſſionis Güſtrovienſis, cenſuerunt, inſtrumenta & tormenta bellica, nec non ſumtus, in militiam peculiarem (ab ordinaria diſtinctam) impenſos, allodialibus eſſe annumerandos, pro iiſque heredibus ſatisfaciendum, provocantes ad exempla Palatinum & Waldeccenſe, dum Elector

Pa-

Palatinus, ſuper ejuſmodi bonis, teſtamentum condiderit: heredibus Waldeccenſibus autem, à ſucceſſore, pro talibus rebus, ſatisfactum. Succinit *Struvius* de allodiis Imperii. At *Ludolfus* exiſtimat, heredes nullo jure poſtulare poſſe militum legiones, ſine diſcrimine lucri, vel oneris.

§. 856.

An ſucceſſor ad debita anteceſſoris ſolvenda teneatur?

Summa Imperii tribunalia ſucceſſores, à ſolvendis anteceſſorum, quorum heredes haud facti, debitis abſolviſſe, teſtantur de domo Brandeburgica *Wehnerus*, de Schwarzburgica *Stuckius*, de Brunſuicenſi *Roſenthal*, de Badenſi *Gylmannus*, de Palatina *Rusdorfius*, de Haſſiaca *Brunnemannus*, de Hanovica *Nunnrodius*. Conf. *Wolfg. Ad. Schœpf* de hereditatis aditione, cum beneficio legis & inventarii, inter perſonas Germaniæ illuſtres, §. 16. ibique commendatæ deductiones: Erörterung der Frage: ob und wie weit des jetztregierenden Herrn Landgrafen zu Heſſen-Darmſtadt Hochfürſtl. Durchl. Dero Höchſtſeel. Herrn Vaters und unmittelbaren Vorfahrers an der Regierung, hinterlaſſene paſſiva zu bezahlen verbunden. Wien 1746. Cui oppoſita Ohnumſtößlicher Beweiß, daß des jetzt regierenden Herrn Landgrafens zu Heſſen-Darmſtadt Hochfürſtl Durchl. Dero ſeel. Herrn Vaters hinterlaſſene paſſiva, inſonderheit aber diejenige, worüber ein Vergleich errichtet, der von Kayſerl. Maj. dergeſtalt confirmiret, daß darüber, tanquam ſuper re judicata, gehalten werden ſolle, zu bezahlen verbunden, 1748.

In cauſa Saxo-Weiſſenfelſenſi interrogati JCti Vitebergenſes reſponderunt, daß des Herrn Hertzogs zu Sachſen-Weiſſenfels Hochfürſtl. Durchl. die Dero letztverſtorbenen Herrn Bruders Durchl. beſchehene alienationes vor genehm zu halten, oder die von Deroſelben contrahirte Schulden, auſſer denen, ſo in utilitatem publicam verwendet, oder worinn Sie ſelbſt conſentiret, zu bezahlen in keine Wege verbunden. Conſilium tamen Imperii Aulicum & Commiſſio Cæſarea Duci ſucceſſori annuos 60000. florenos Miſnenſes aſſignabat, reliquis, ad debita ſolvenda, ſervatis.

Quamvis Conſtitutio Electoralis Saxonica jubeat, verconſentirte Lehn-Schulden aus dem Lehn zu bezahlen, und die Allodial-Erben damit nicht zu beſchweren: JCti Halenſes tamen cenſuerunt, mortuo Chriſtiano, Duce Saxo-Weiſenfelſenſi: daß die von denen agnatis conſentirte Schulden ex mero allodio zu bezahlen, die Lehn- und fideicommiſs Güther aber nur in ſubſidium hafften: agna-

agnatos tanquam solos fidejussores esse considerandos, quoniam de pecunia, mutuo sumta, nihil perceperint, jura Electoralia extra Electoratum neminem, multoque minus Principes, stringere.

§. 857.

Obligatio heredis ex lite defuncti.

In quantum heres teneatur ex lite, à defuncto intentata? distinctione videtur expediendum. Certum enim est, teneri heredem, ad solvendum debitum, in quod defunctus, per publicatam sententiam, erat condemnatus. Si sententia nondum lata, in heredis arbitrio est, num litem reassumere, seu prosequi velit, nec ne? Quam si prosequi nolit, id saltem videtur dubium: num parti adversæ teneatur ad refundendas expensas? Dubitandi ratio est, quod heres teneatur ad reparanda damna, à defuncto illata. Nihilominus, quia heres ex delicto defuncti ulterius non tenetur, quam quatenus in pœnam est condemnatus, verius est, heredem ad expensas, in quas defunctus nondum erat condemnatus, refundendas, non teneri, præsertim, cum ante sententiam secutam dici nequeat, num temere fuerit litigatum, aut damnum datum? Quodsi vero defunctus in lite, partes rei sustinuit, heres ad reassumendum omnino tenebitur, nisi actoris postulatis satisfacere malit. Quamobrem, si à legibus specialibus abstrahamus, rei procurator, qui habebat mandatum: cum clausula heredum, post mortem principalis litem, citra heredis reassumtionem, continuare poterit. Sed procurator actoris non item, quia in heredum arbitrio est positum, num litem reassumere velint, nec ne?

TOMUS VI.

De Pactis & Contractibus Principum.

§. 7.

Fundamentum obligationis

Poni posset *principium dependentiæ:* sed quoniam certo modo ipse Deus, qui independens est, obligari potest, *statum* seu *conditionem* ejus, qui obligatur, assumere malui.

§. 24.

Vota impia.

In se quidem sunt invalida, ne tamen fracta videantur, calliditate quadam recte eluduntur. Refert *Plutarchus* in Demetrio, dixisse Antigonum filio Demetrio, se interfecturum Mithridatem innocentem, eam solam ob causam, quod somnium de eo habuerat, ex quo ejus prævideret potentiam. Durum & iniquum hoc videbatur Demetrio, qui cum à patre *voto* ac jurejurando obstringeretur, ut taceret, nec rem *eloqueretur*, de salute amici innocentis anxius, hasta, aspiciente illo, arenæ *inscripsit*: fuge Mithridates.

§. 84.

Terra Chabul dotalis.

Viginti urbes, sive terram Chabul, à Salomone Hieramo donatas, Salomoni à socero, Aegypti Rege, dotales fuisse datas, conjiciunt nonnulli.

§. 87.

Publica administratio modicam permittit alienationem.

Huc refero casus, quibus in Gallia Regi, citra Ordinum assensum, domania alienare permittitur, testibus *Paponio, le Bret, Tolosano,* aliisque, 1.) quando agitur de erigenda ecclesia in honorem DEI, & memoriam victoriæ obtentæ, 2.) de apanagiandis liberis familiæ Regiæ, 3.) de lytro modico, pro Rege captivo solvendo, 4.) de remunerandis bene meritis. Ita judicavit Parlamenti curia, cum intentaretur revocatio de la terre de Concressault, qui avoit eté donné au Seigneur de Stuart, Ecossois, pour recompense de ses services: item cum revocarentur bona à Philippo Pulchro Nogareto data, pour avoir eté jusqu'à Rome, faire reparer les injures, que le Pape Boniface VIII. avoit fait au Roy & à toute la France. Marchiæ Ordinibus, per literas reversales de 1550. & 1651. promisere Electores: Wollen und sollen von Unsern Aemtern, Clöstern, Schlössern, Gefällen und Einkommen, nichts vergeben, versetzen, verkauffen, noch in andre Wege oder Gestalt veräussern, auch Unsern Räthen, Hof-Dienern, oder auch andern, die Zeit ihres Lebens, oder auf eine benannte Zeit, auf Gnaden, noch sonsten, nicht thun oder verschreiben.

§. 88.

Ordinum consensus in territorii alienatione, an necessarius?

Cum Rex Franciæ Joannes, Philippo filio juniori Burgundiæ Ducatum & Comitatum daret, id non prius fieri potuit, quam consentirent Burgundiæ Ordines. Vid. *de la Serre* histoire de France sub Carolo Sapiente & Francisco I.

§. 90.

Partis alienandæ consensus necessarius.

Exempla hanc in rem collegit Dominus *Hellfeld* in Jurisprudentia Heroica Struviana Part. VII. p. 62. sqq. Cum urbem Nisibin Jovianus Imperator Persis cederet, cives obsecrabant, ut propriis viribus patriam sibi sedem defendere liceret, apud *Ammian. Marcellin.* L. 25. c. 12. & *Zosimum* L. 3. Aquitani, Aquitaniæ donationem à Richardo II. Anglorum Rege, 1393. Joanni, Lancastriæ Duci, licet Ordinum Angliæ consensu factam, approbare nolebant, eo quod Reges juramento promiserint, se ditiones illas alienare nolle, ut ideo ista donatio irrita fuerit declarata, apud

Frof.

Froſſard. L. 4. pr. Cum Philippus Pulcher, Galliæ Rex, 1308. per tabulas pacis Eduardo II. Angliæ Regi, feudum Ducatus Britanniæ minoris, ſive Armoriacæ, concederet, contradixit Arturus, Dux Britanniæ, una cum Subvaſallis ſuis, prætexens, ſe non poſſe domino, minus digno, cedi. Azo, deſuper conſultus, reſpondit, ceſſionem non valere.

§. 93.

Alienationes Imperatorum.

Krantzius in Saxonia, L. 10. c. 3. de Carolo IV. ſcribit: Sedecim in Suevia urbes, ſine medio recognoſcentes, vendidit vicinis Principibus. Aliæ quatuordecim cum hoc intelligerent, conſpirarunt invicem, fœdere mutuo ſe conſtringentes, ut non ſe patiantur, in morem pecudum, venales exponi.

§. 97.

Principes Imperii non alienant ſine Ordinum conſenſu.

Cum Albertus, Landgravius Thuringiæ, totam provinciam Thuringicam venderet Adolpho Naſſovio, Imperatori, non modo filii, ſed & Ordines Thuringiæ, ſe armis oppoſuerunt.

§. 112.

Epiſcopus non alienat ſine capitulo.

Cap. 8. 10. 18. X. de bonis eccleſiæ non alienandis, 1. feud. 6.

§. 114.

Dominus directus Vaſallum, ſine hujus conſenſu, non alienat.

Schilter ad jus feud. Alem. c. 89. ex eoque *Schweder* de felonia domini, §. 10. adducit ceſſionem â domo Electorali Saxonica 1660. factam, at caſſatam iterum 1681. quoniam Vaſalli reclamarant.

§. 163.

Regna non extra commercium poſita.

Quis, cum exteris gentibus, foret tranſigendi modus, ubi nihil de jure ſuo remittere, nihil alienare liceret.

§. 167.

Rerum ſacrarum cura, Principi reſervata.

Meminit *Stryck.* Uſ. Mod. Pand. Tit. de rer. diviſ. §. 2. mulctam exactam à civitate municipali, quæ ſine Conſiſtorii præſcitu, novam templi januam confici, curaverat.

§. 191.

Sponſionum illuſtrium exempla.

Fabius Maximus pactum quoddam fecerat cum hoſtibus, quod cum Senatus improbaſſet, fundum ſuum ducentis millibus vendidit & fidei ſatisfecit, teſte *Plutarcho*, in Vita ejus. Hoſtilius Mancinus, cum Senatus fœdus ab eo, cum Numantinis factum, repudiaret, hoſtibus eſt deditus, ap. *Flor.* L. 2. c. 10. *Vellej.* L. 2. c 90. At deditiones ſponſorum, Romanis uſitatæ, quibus ſatisfieri conventionibus credebant, vel ſaltem ſe ſatisfacere videri volebant, aliis gentibus, ut fraudulosæ pactionum publicarum eluſiones, valde ſunt improbatæ. Pontius, Samnitum Imperator, in oratione apud *Liv.* L. 9. c. 8. & 11. illas vocat ludibria religionum & vix pueris dignas ambages, fallendæ fidei exquiſitas. Si, ait, ſponſionis, ad furculas Caudinas factæ, populum Romanum pœnitet, reſtituat legiones intra ſaltum, quo ſeptæ fuerunt.

Recentius exemplum ſponſionis, à ſuperiori poteſtate improbatæ, præbet illa Ducis de Tremouille, cum Helvetis inita, 1513. Divionem, arcta obſidione cingentibus Nam licet per eam Ducatus Burgundiæ, præſenti vaſtationis & hoſtilis occupationis periculo, eſſet liberatus, tamen ratam eam habere noluit Ludovicus XIII. Galliæ Rex. Vid. *Stettler*, Chron. L. 9. *Urſtiſ.* Chron. Baſil. L. 7. c. 6.

§. 194.

Tranſactio, ex capite erroris, reſciſſa.

Haud pigebit, meminiſſe tranſactionis Oettingenſis de 1683. ex capite erroris, poſtmodum reſciſſæ,



Anno 1662. d. 4. Nov. per sententiam Cæsaream Ernesto juniori adjudicabantur fructus certi, à Martino Francisco, ejusque filio Ferdinando Maximiliano, post mortem Wilhelmi senioris, percepti. Ferdinandus Maximilianus Notgero Wilhelmo persuaderi curabat, eum pariter teneri ad satisfaciendum pro sua rata, pro his fructibus, licet nec Notgerus, nec pater ejus, de fructibus illis quicquam perceperint. Interim Notgerus desuper transactionem 1683. iniit, quam postmodum Crato Antonius Wilhelmus 1712. ex capite erroris, rescindi petiit, ac victricem obtinuit sententiam: quia ex ipso transactionis instrumento errores substantiales, qui unice transactioni causam dederant, poterant probari. Nam ubi plane nullum subest debitum, transactio desuper inita, ipso jure est nulla. At si dubium, aut lis fuit, hoc ipsum, quod à lite disceditur, causa videtur esse, nisi evidens calumnia detegatur, L. 2. C. de transact. seu ut glossa & *Cujacius* interpretantur, nisi perspicuum sit, constetque, rem nullam, seu debitum nullum fuisse.

§. 195.

Bonus dolus in stratagematibus.

Huc refero factum Anaximenis, cum Alexander Lampsacum obsideret. Juraverat Alexander, se nihil horum facturum, quæ Anaximenes in colloquio petito petiturus esset. Hic igitur petebat, ut urbs diriueretur, quæ hoc ipso servabatur. Vid. *Pausan.* L. 6.

§. 202.

Valida inter ſummos Principes metus exceptio, ſi ipſe adverſarius vim ſuam injuſtam agnoſcit.

Exemplo ſit, quod revocatum & annullatum legimus contractum, quo Guilielmus VIII. Princeps Arauſionenſis, 1473. Ludovici VI. Galliæ Regis, juſſu captus, pro recuperanda libertate Suprematum (la Souveraineté) Regi ceſſerat, qua de re ita ſcribit *Joſeph de la Piſe*, Tableau de l'hiſtoire d'Orenge, p. 137. Ainſi donc obligé par la force & par la neceſſité, il transporta ſa Souveraineté à Louis XI. en payement de quarante mille ecus, de ſa rançon. Le Roi, pour aſſaiſſonner une vente ſi inſipide, & la faire avaler plus doucement au priſonnier, la peſſe & meſſe de cette ſauce de reſerve, qu'il ſe pourroit intituler par la grace de Dieu Prince d'Orenge, luy ſeroit loiſible de faire battre monnoye à ſon coin & armes & de donner graces, remiſſions & pardons à ſes ſujets, ſi non crime d'hereſie & de leze Majeſté. Mais ce n'etoient que des pilules dorées, qui ne contenoient qu'amertume au dedans. Auſſi le ſucceſſeur du Prince ſe vit pleinement reintegré par le ſucceſſeur du Roi, qui *caſſa une telle alienation*, comme feinte, ſimulée, tortionaire, & de tout point irraiſonnable, *faite par force & par contrainte*, par un priſonnier, detenu dans les ceps d'une longue & inſupportable priſon, contre le droit des gens & la foy publique, au prejudice de la Souveraineté de nos Princes, des conventions anciennes, paſſées entre eux.

§. 223.

Verba honoris.

Germani ajunt: Ehren-Worte binden nicht.

§. 230.

Conſentit qui tacet, cum loqui debuiſſet.

Alias & ſi quis ad loquendum haud obligatus, tacendo potius diſſenſum oſtendit. Solent imprimis Principes, qui aperto diſſenſu denegare nolunt, tacito ſilentio rejicere. Unde à privatorum ſilentio in negotiis civilibus, ad Principum facta & mores non procedere conſequentiam, infert *Philippus Adolphus de Münchhauſen*, de jure miniſtrorum exigendi à Principe dimiſſionem, §. 14.

§. 253.

Lex commissoria Suecica.

Adolphus Fridericus, Sueciæ Rex, in reversalibus regni Ordinibus, ante coronationem Holmiæ d. 7. Dec. 1751. datis, art. 23. hanc inseri clausulam commissoriam, est passus: damit die sämtliche Reichs-Stände um desto mehr, von Unserm unwandelbaren Vorsatz und Unserer aufrichtigen Sorgfalt für das allgemeine Beste, mögen versichert seyn, so erklären Wir, daß die Stände von ihrem Eyd der Treue und Huldigung gäntzlich frey seyn sollen, im Fall Wir Unsrerseits, mit Wissen und Willen, den Eyd und Versicherung, welche Wir denen Reichs-Ständen hiemit abstatten, oder auch was die Stände weiter, in Krafft der Regierungs-Form und dieser Unserer Versicherung, für nöthig erachten, zu Beybehaltung ihrer Religion, Freyheit, Wohlfahrt und Sicherheit, fest zu stellen, möchten übertretten haben.

§. 254.

Germaniæ Imperatoribus, lex commissoria non præscribitur.

Inde, quod audivimus, Gallos in electione Leopoldi Imperatoris, irrito conatu, omnem movisse lapidem, ut capitulationi ipsius clausula commissoria insereretur, apparet, quam erroneum sit, quod legitur apud *Heinec.* ad Grot. L. 1. c. 4. §. 12. in Germania, à Caroli V. temporibus, talem addi capitulationibus clausulam, ut si leges non servet imperans, tunc ipso jure exsors sit Imperii.

§. 257.

An pœna conventionalis legitimum usurarum modum excedere queat?

Nonnulli regulam ita ponunt: in obligationibus *faciendi*, pœnam additam semper locum habere, quia faciendorum obligatio incerta; in obligationibus *dandi* autem, tunc demum, si legitimum usurarum modum haud excedit. Pœna conventionali soluta, an à conventione, altera parte invita, recedere liceat? proponitur. Mens contrahentium probe inspicienda. Sic qui se ad obstagium obligat, eo, quod se in loco obstagii sistit, ab obligatione principali non liberatur. Econtra, qui mulctam spondet, ni sponsalia adimpleat, alternative saltem se obligat. Sed quid in dubio pronuntiandum? Videri posset, in dubio pro libertate esse præsumendum, ita ut obligatio alternativa potius, quam duplici vinculo adstricta,

ſtricta, videatur. Nihilo ſecius, per pœnam conventionalem regulariter obligationem non reddi alternativam, ſed fortius intendi, ac renitentem per eam arctius ſtringi, cenſent *Berger* in Oecon. Jur. p. 562. & *Jo. Tob. Richter* peculiari diſſertatione de contractu rato, pœna conventionali quoque ſoluta, Lipſ. 1751. adeo ut etiam poſt pœnam ſolutam, ad adimplendum contractum, recte agatur, L. 47. Dig. de act. emt. vend. L. 6. Cod. de reſcind. vendit. multoque magis contra renitentem cumulative, tum ad conſummandum contractum, tum ad mulctam ſolvendam. Cautelæ loco commendatur clauſula, pacto adjecta, de libere ab eodem reſiliendo, poſt mulctam ſolutam.

§. 259.

Obligatio ad inediam.

Ad inediam & ferias eſuriales ſe aliquando obſtrinxiſſe eos, qui ſecuros alios eſſe vellent, docemur diplomate Henrici Abbatis Volckerodenſis de 1259. apud *Ludewig.* Reliq. MSC. Tom. 1. p. 361. quo cavetur, ut qui ſecus fecerint, pro qualibet vice transgreſſionis ſuæ, una ſexta feria ſequente ſint in *pane & aqua*, diſpenſatione quacunque non obſtante.

§. 274.

Juramentum in alterius animam.

Schilter ad Pand. exerc. 23. §. 32. originem jurisjurandi in alterius animam, arcet à Clericis, qui religioni ſibi duxerint jurare, ac proinde alios ſubſtituerint, quem morem dein laici illuſtres, tandem & plebeji, imitati ſunt.

§. 280.

Juramenta ludrica.

Ridiculæ ſunt juramentorum formulæ: per dentes DEI, per Sion & Sinai montem, per lanceam S. Jacobi, &c. quarum meminit *Carolus du Freſne* gloſſar. Lat. p. 166.

§. 287.

Ritus jurantium, digitos pectori admovendi.

Gundling. in Gundlingian. part. 4 diſſ. 2. §. 10. & poſt eum *Heineccius* in Elem. Jur. Germ. L. 3. T. 6. §. 223. morem jurantium, dextræ digitos pectori admo-

movendi, inde arcent, quod ex teſtimonio *Chryſoſtomi*, homil. 19. mulieres & pueri librum Evangelii, é collo ſuſpenſum, ubique circumtulerint: cum ergo jurandum eſſet per ſancta Evangelia, opus non fuiſſe, mulieres extenſa manu tangere librum, in altari poſitum, ſed defunctas videri religione, ſi librum, é collo pendentem, digitis dextræ contigiſſent: Clericis forte ſimilem morem placuiſſe, quod ſibi Evangelium, in ipſo pectoris ſcrinio & alta mente repoſtum, haberent.

§. 311.

Relaxatio juramenti,

ſi hoc ipſo jure eſt nullum, ſuperflua eſt, quoad ipſam vim obligandi: at neceſſaria, ad effectum agendi in judicio, ne exceptio jurisjurandi, ceu litis ingreſſum impediens, agenti obſtet.

§. 316.

Romana fides.

Cum Hannibal, poſt cladem Cannenſem, octo millia militum Romanorum captiva teneret, decem ex iis delecti, qui cum juraſſent, ſe redituros, permiſſu Hannibalis Romam miſſi, ut libertatem, præſcripto pretio, redimerent. Cum autem ſenatus cenſeret, non eſſe redimendos captivos, Conſules edixerunt, ut decem illi, tempore ſtatuto, ad hoſtes redirent. Cui edicto omnes paruerunt, præter unum, qui veteratoria fraude, datam hoſti fidem, callida interpretatione eludere volebat, quem tamen ſenatus vinctum ad Hannibalem miſit, vid. *Liv.* L. 22. in fin. *Cicero* L. 3. de Off. Reguli fidem prædicavimus Tom. 1. §. 330.

§. 317.

An Reipublicæ cauſa, fides violanda?

Bodino de Republ. L. 1. c. 7. docenti, Principem non obligari pactis & juramentis, niſi quatenus hæc ipſis ſunt utilia, quaſi nemo teneatur juramentis injuſtis, injuſta autem eſſe, quæ ſaluti Reipublicæ adverſantur: huic, inquam, recte applicatur illud *Gundlingii*, non tam omnem pudorem ponere Principes, quam quoſdam eruditos. Sic nullus unquam foret bellorum finis. Bello enim in eam conditionem redigitur victus, ut ſervari nequeat, niſi pactis, parum utilibus.

§. 329.

Privilegia, quatenus sunt exemtiones à lege, sunt revocabilia.

Gaudebant quondam Judæi Halberstadienses & Halenses privilegio, de rebus furtivis, nonnisi reddito pretio, restituendis. At abolevit illud Serenissimus legislator, rescripto de 1673. & alio rescripto de 4. Nov. 1703. jussit regimen Magdeburgicum: Weil sich die Juden deshalb auf ein erhaltenes privilegium beziehen, solches ihnen abzufodern und originaliter einzuschicken. Conf. Tom. VII. §. 102.

§. 337.

In solutionibus respicitur valor monetæ, qui fuit tempore contractus.

Cum Carolus II. Angliæ Rex, Gallis 1662. Dunkerkam, pro 5. myriadibus librarum Gallicarum, (cinq millions des livres) venderet, ita, ut duæ myriades statim, facta urbis traditione, solverentur, tres reliquæ autem, statis temporibus, intra biennium; tractatibus inserebatur clausula: Les payemens se feront tous en monnoie d'argent, ayant cours en France, lors du present traité, & en cas qu'il arrivat, que Sa Majesté trés Chretienne donnat ci après quelque augmentation à ses monnoyes, il est convenu, qu'elle n'aura pas lieu à l'egard des payemens, stipulés par le present traité.

§. 347.

Lege Aquiliæ culpa levissima præstanda.

L. 44. Dig. ad L. Aquil. qui unicus est locus, ubi in jure Romano *levissimæ culpæ* diserta injicitur mentio.

§. 350.

Præstationem evictionis, juri nat. incognitam,

Christianus Henricus Breuning, peculiari dissertatione Lipsi. 1753. ita voluit ostendere: Dominium, ait, in statu naturali à possessione sejungi nequit. Si res possessa, occupatur â tertio, licet injuste, hic tamen ejus fit dominus, quod tamen dominium non excludit vindictam. Hoc vindicandi jus non dependet à dominio: sed à læsione. Hinc differre, ait Breuningius, vindicationem naturalem à civili, quod hæc ex dominio oriatur, quod leges læso retinuerunt; illa vero ex læsione proveniat, & sic tantum contra lædentem detur, non contra tertium

pol-

poſſeſſorem. At falſum omnino eſt, dominium naturaliter à poſſeſſione ſejungi non poſſe. Falſum, injuſte occupantem fieri dominum. Falſum denique, vindicandi jus naturaliter dominio non ineſſe. Conf. dicta de dominii effectibus, Tom. 4. §. 193. ſqq.

§. 359.

An ſucceſſionis renuntiatio tacitam guarantiam involvit?

Negativa verior, quia minus eſt in renunciatione, quam in guarantia. Renuncians ſatisfacit officio, ſi ipſe non petit, licet alios competitores haud arceat.

§. 367.

Obligationes nunquam collidunt.

Quia ſibi ſubordinantur. Unde id, quod dicitur: ex duobus malis minus, pertinet ad phyſica, non ad moralia.

§. 368.

Colliſio pactorum.

Si pacta inter diverſos ineuntur, prius eſt impedimento, quo minus impleatur poſterius, ob jus alteri quæſitum. At ſi inter easdem perſonas pacta diverſa, ſibique contraria, ineuntur, poſterius tollit prius, quia in paciſcentium eſt arbitrio, num & in quantum, de priſtino jure velint remittere. Si igitur de pacto priori remittitur, illud haud impedit, quo minus adimpleatur poſterius.

§. 380.

Inter Comites Imperii jus retractus ad triginta annos durat.

Comitum Imperii Romano-Germanici quatuor collegia unionem generalem, ab Imperatore 1743. confirmatam, iniverunt, qua inter alia ſtatuitur: Eilftens iſt daran gelegen, daß bey denen Häuſern, Unſerer gegenwärtigen Verein und Correſpondenz, einverleibten Grafen und Herrn, die zu Aufrechthaltung und Fortpflantzung des Uns gebührenden Anſehens und Standsmäßigen Unterhalts, vor allen höchſt nöthig, ohnmittelbare Reichs-Graf- und Herrſchafften, vollkommen und beſtändig conſerviret, einfolglich auch alle deren ſchädliche alienationes und Veräuſſerungen gäntzlich vermieden bleiben, und aller ſchädliche Ein-

gang dazu abgeschnitten werde: Dannenhero zwischen Uns die verbindliche Abrede und reciprocirliche Zusage geschehen, daß nicht nur die bey Unsern Häusern vorhandene sonderbare Stamms-pacta und Erb-Verein oder unverruckte Gewohnheit, auch privilegia, heiliglich gehalten, und wo keine vorhanden, dergleichen eingeführt, sondern auch auf allen Fall, und wenn ein- oder anderes Stück obbemelter immediater Reichsgräfl. und Herrlichen, denen Collegiis affectirten Güther, es sey an Land und Leuthen, Regalien, juribus, Zent, Zinß, Gült, Zehenden ꝛc. mit allem, was daran in Unserm Vermögen ist, wie dieses immer Nahmen haben mag, zu veräussern, die unumgängliche Nothwendigkeit erfodern solte, und die pacta domus sothane alienation gestatten, solches, es geschehe die alienation gleich durch Kauff, oder in andre dergleichen Wege, anvorderst denen nächsten Anverwanten, und wenn es bey diesen sich nicht schicken wolte, denen übrigen, in dieser Union mit begriffenen paciscirenden Commembris desjenigen Collegii, zu welchem das zu veräussernde Guth gehörig, feil gebothen, und in billigem Preiß hinzulassen, allenfalls auch, da von besagten Häusern oder Collegio, niemand in den Kauff oder andern dergleichen Contract, einstehen wolte, denen Unions-Verwanten, Commembris übriger Reichsgräfl. Collegiorum, der Zutritt und Vorzug hierzu gebühren, doch anbey der eine, oder andre retrahens, oder reluens, zu eben denjenigen conditionen, welche in dem ersten Contract stipuliret worden, und una cum qualitate rei & vero pretio, bey Gräfl. wahren Worten, Treu und Glauben, jenem directorio Collegii, zu dem, obgedachter maßen, das Guth gehöret, und welches sodann, in eventum, hievon die weitere Nachricht an die übrige Directoria Collegiorum zeitlich zu ertheilen hat, anzeigen soll, adstringiret seyn: Zumahln auch jederzeit und in allen Fällen, der fundus dem Collegio, welchem er einverleibet, mit seinen collectis collegialibus afficiret bleiben, und davon nicht separiret werden: nächst dem auch, das hier eben bedungene *jus retractus & reluitionis reciprocum*, auf 30. Jahr offen stehen, vor und an sich selbsten aber, alle und jede alienationes, auch simulirt- und fraudulose permutationes sowohl, als die ad, vel ultra valorem justi pretii, beschehene Verpfändungen ausser denen Collegiis, ad manus mortuas, sub pœna nullitatis verbothen, und im Fall, wo der Verkauffer oder Verpfänder schon einiges Geld, auf ein solches nichtig verkaufft oder versetztes Guth, empfangen hätte, der Käuffer oder Darleyher dessentwillen mit seinem Regreis, an den Verkäuffer oder Verpfänder, lediglich verwiesen seyn solle.

§. 387.

§. 387.

Retractus vicinitatis.

Lex 14. Cod. de contrahend. emtion. vicinis retractum denegat.

§. 405.

Non interiit Respublica, cujus formæ mutata.

Latini se Romanis subjecerant sub Tarquinio. Eo ejecto, nolebant amplius subesse Romanis, quia non cum Consulibus, sed cum Tarquinio Rege, fœdus iniissent. Sed erant Romani idem populus sub Consulibus, qui fuerat sub Regibus.

§. 407.

Num clausula: rebus sic stantibus, pactis tacite insit?

Aut num à pactis, ob mutatum rerum statum, recedere liceat? Aff. si superveniens mutatio in ipsis rebus, in pactum deductis, accidit, & tacitæ conditionis vicem subit. Alias autem non quævis mutatio, aut oblata lautior contrahendi conditio, ad recedendi effectum sufficit. Conf. *Carol. Frid. Kopp* de clausula: rebus sic stantibus, Marpurg 1750. E. c. fœdus Helveticum, ad libertatem tuendam initum, omnino expiraret, si Helveti Principem vellent creare.

§. 414.

Donatio, quomodo à munere differat?

Vid. L. 194. & 214. Dig. de Verb. Signif. Donum est genus, & tanquam speciem, sub se comprehendit munus, seu donationem cum causa, e. c. natalitium, nuptalitium.

§. 428.

Wenceslaus Imperator

post depositionem terras hereditarias retinuit quidem, sed curatorem habuit fratrem, sine cujus consensu nil alienare, aut donare poterat. Conf. Tom. 3. §. 578.

§. 457.

Decimarum donatio exemtionem nullam operatur.

Merentur omnino donationes piis cauſis factæ ſuum favorem, quem tamen nimium paſſim extendi videmus. Sic *Schannatus* inde, quod decimæ pertineant ad Epiſcopum, Burchardus autem, Epiſcopus Herbipolenſis, decimas quaſdam donaverit Abbatiæ Fuldenſi, hujus exemtionem à jure Diœceſano Herbipolenſi vult exſculpere. At opponit Dn. *ab Eckart* exempla multorum monaſteriorum, quæ decimas ab Epiſcopis acceperunt, ideo tamen horum jurisdictioni ſe ſubtrahere, nunquam cogitarunt.

§. 466.

Ubergab der Regierung bey Lebzeiten.

Exempla collegit *Becman* in Notit. Dignit. diſſ. 5. c. 4. p. 143.

§. 468.

Territoria donata.

Algarbiorum regnum, Alphonſus Sapiens, Caſtellæ Rex, Alphonſo III. Comiti Boloniæ, genero ſuo donavit.

Margaretha Maultaſchia, Tirolenſis, Comitatum Tirolenſem donavit Rudolpho Alberto & Leopoldo, Auſtriacis, quam donationem Carolus IV. Imperator, confirmavit 1364.

§. 479.

Illicitæ ægrotantium donationes.

Jus Prov. Suev. c. 22. & 379. ibi: Kein Mann noch Weib mögen im Siechbette ihres Guths ichts vergeben, das über 5. Schilling werth ſey, ohne des Erben Laub. Hinc in antiquis alienationum tabulis paſſim occurrit formula: bey geſundem Leibe: it. dum *ſani* & compotes ſuæ mentis fuerint alienantes.

§. 484.

Donatio an acceptanda?

Ipſæ leges Romanæ utilem actionem tribuunt ei, pro quo alius quiſpiam donationem, vel pactum, acceptavit, L. 3. C. de donat. quæ ſub modo, L. 37. §. 3. Dig. de legat. 3. L. 26. princ. Dig. depoſiti.

§. 489.

§. 489.

Revocatur donatio ob indigentiam donatoris.

Si scilicet donatio fuerit magna, ac indigentia improvisa, sine propria culpa: supervenerit. Sola gratitudinis lex, tanquam imperfecta, sine legis civilis auxilio, contra invitum, vix quicquam operabitur.

§. 516.

SCtum Macedonianum

pecuniam saltem, mutuo filiisfamiliis dare, prohibet, non res alias fungibiles, nisi fiat in fraudem SCti, L. 3. §. penult. Dig. de SCto Maced. quale quid occurrit in contractu *Mohadræ*, ubi loco pecuniæ merces traduntur vendendæ, quas vilius, si emtorem vult invenire, distrahere cogitur, qui accepit, & tamen pro integra summa usuras præstare compellitur. Conf. *Casp. Ziegler* diss. de Mohadra.

§. 523.

Solutiones ne fiant in moneta minuta.

Ordinat. Monet. de 1559. §. diese jetztgemeldte, disponit, quod creditor ultra 25. fl. in moneta minuta recipere, non cogatur: Was unter 5. Kreutzer, soll niemand verbunden seyn, solcher Müntz, über 25. fl. in Bezahlung vor Wehrschafft zu nehmen, R. J. 1576. §. 76. rem ita effert: daß niemand in Zahlung über 25. fl. an halben Batzen und andern kleinen sorten, für Wehrschafft anzunehmen, schuldig seyn soll.

§. 532.

Majestas precaria.

Proponitur: Num ipsa Majestas, precario possit concedi? seu sub conditione, revocandi pro libitu, si bene non imperetur? Exempla occurrent infra ad Tom. 8 §. 39. Add. *Grot.* L. 1. c. 3. §. 11. ibique *Heineccius*, qui distinguit inter regnum temporarium & precarium: regnum ad tempus concessum, verum esse regnum, ait; at precarium, non esse. Sed dummodo Rex immunis sit à rationibus, de actis præteritis reddendis, id, quod Majestas ad beneplacitum est revocabilis, eidem non nocebit.

§. 548.

§. 548.

Plures mandatarii

si constituuntur, prudenter additur clausula: *conjunctim & seorsim*, samt und sonders, alias unus sine reliquis nil valide suscipit. Plenipotentiæ Cæsareæ ad pacem Monasterienſem, ita ferunt: Quicquid igitur nostri Commissarii, vel uno eorum impedito aut absente, *duo ex iisdem*, cum adversæ partis Commissariis, vel eorum subdelegatis in hunc finem, per se, sive per eorum subdelegatos, tractaverint, egerint, aut statuerint, id nos omni meliori modo ratum gratumque habituros, vigore harum, Imperiali inviolabili fide, promittimus.

§. 555.

Clausula rati & grati

in mandato id operatur, ut ulteriori principalis ratificatione non sit opus, cum alias, ob strictam interpretationem, illa reservata censeatur.

§. 557.

Finitur mandatum

vel perfectione negotii mandati: vel revocatione mandantis. Quod imprimis in Commissionibus cernitur, nec præcise requiritur, ut Commissarius deposuerit commissionem. Nam etiamsi eam deponere renuat, tamen statim, post committentis revocationem, desinit esse Commissarius, nec quicquam valide amplius peragit. Illustre, hujus rei exemplum, habuimus in Comitatu Bentheimensi, cujus administrationem Imperator commiserat Electori Colonienſi, qua Episcopo Monasterienſi. Hic, cum post aliquod tempus, hoc onere se levari peteret, annuit Imperator, hancqne commissionem Schœnbornio, Episcopo Bambergenſi & Würzburgenſi detulit. Tunc tergiversari incipit Colonienſis, nec prius commissionem vult deponere, quam ejus intuitu absolutorium plenarium acceperit. Respondit Imperator d. 28. Apr. 1738. Kayserl. Maj. erinnerten sich des mehrmahlen bezeigten allergnädigsten Wohlgefallens, über ihre löblich und nützlich geführte Kayserl. Administration, gnädigst gar wohl: um so weniger also dieselbe zu zweiffeln Ursach nehmen sollen, daß Ihr. Kayſ. Maj. Ihnen, nach vollzogener würcklicher Abtrettung und Uberlassung solcher Administration, das nachher verlangte Kayserl. Absolutorium für ihre person, im geringe-

ringsten aufzuhalten gemeynet und die allergnädigste endliche Aeusserung Ihrer Kayserl. Danckbehmigkeit, etwa in Vergessenheit setzen würden. Es könte aber dergleichen absolutorium, so lange Sie die Administration noch in Ihren Händen halten, vollkommen nicht ertheilet werden, gestalt es nur über vergangene und zurückgeführte Administration, die Loßsprechung geben muß, und sich auf eine gegenwärtig noch und zukünfftig, zumahln eigenmächtig fortführende Administration, ohnmöglich erstrecken kan, dahero Dieselbe, biß zu ihrer würckl. gantz und völlig erfolgender Ablegung der Kayserl. Administration, um so unbeschwerter in Gedult stehen und sich indessen an denen, Ihro bis hieher von Zeit zu Zeit bezeigten und hierdurch nochmahls bestättigten Kayserl. allergnädigsten Wahrnehmung Ihres rühml. geführten Regiments, um so viel billiger begnügen können werden, als es bey Ihnen, wie nun erscheinet, gantz allein und lediglich gehafftet und dato noch haffte, der Kayserl. Obrist-Richterl. Administrations-Abänderung, durch die nicht wohl berathene Unterlassung der würckl. Abtrettung, keine Hinderniß und Einhalt zu machen, und anmit den Verzug des zu seiner Zeit zu gewärtigen habenden Kayserl. Absolutorii, selbst zu verursachen, sondern dasselbe mittelst uneinstelliger, und in der, von Ihr. Kayſ. Maj. bestimmten Zeit, zu befordern gewesenen und noch seyenden Vollziehung Ihr. Kayſ. Maj. allerhöchsten intention und Kayserl. Befehls, alsdenn für Ihre person gleich erfolgen zu machen: . . . . . Ihro erleuchteten Einsicht und guter Erinnerung könne nicht entgehen, daß die Bentheimische Landes-Administration eine Kayserl. Commission sey, und auf keinem andern fundament, als dem Kayserl. Obrist-Richterl. und Obrist-Vormundschafftl. Gewalt bestehen könne: auf allerhöchst Dieselbe, als supremum committentem, es auch lediglich ankommen müste, wie lang Sie solchen Ihren ertheilten Kayserl. Gewalt und Auftrag fort währen, oder wiederum einziehen und aufheben wollen, nach dessen Aufhörung aber und anmit entwichener eintziger Grund-Veste, die Kayserl. Administration erloschen seyn müsse, und die deme entgegen und wieder den diesfalls ausdrückl. erklärten Kayserl. Willen und andre Verordnung, mit blosser That, auf kurtz oder lang, fort behaupten-wollende Administration, nichts anders, als eine sehr weit aussehende Usurpirung des Kayserl. höchsten Gewalts, seyn würde . . . . . Allermassen die Krafft und Gültigkeit aller Kayserl. Commissions-Geschäfften darauf nicht ankommt: ob: der Kayserl. Commissarius die aufgehobene Kayserl. Commission, auch schuldiger Gebühr nach würckl. niedergeleget, sondern: ob er dieselbe fortzusetzen, mit neuer Kayserl. Vollmacht weiters versehen?

§. 570.

Cautio medicina ſequeſtri.

Ob dererioratіonis, aut diſſipatіonis metum, ſequeſtratio tunc demum decernitur, ſi deficit præſtatio idoneæ cautionis, quam, qui præſtare poteſt, evitat ſequeſtrationis incommodum, unde ſatisdatio recte dicitur medicina ſequeſtri. Add. L. 20. pr. C. de agric. cenſit.

§. 577.

Do ut des.

Ad articulum do ut des, referri etiam poteſt, ſi quis ſponſionis cauſa accepit e. c. annulum, ea lege, ut re dat victori, quod tamen negotium mandato propius accedit.

578.

Permutationes illuſtres.

Jacobus I. Rex Arragoniæ, Urgellitanum Comitatum accepit à Petro Portugalenſi pro inſulis Balearibus, apud *Bernardin. Gomeſium*, in Vita Jacobi lib. 8. p. 449.

Carolus VI. Galliæ Rex, 1301. permutatione facta cum fratre Ludovico, Turonenſem, ab eo, ditionem accepit, & viciſſim Aurelianenſem illi ceſſit, ampliorem multo, ſed ea lege, ut omnis ipſius poſteritas inaugurationem à Gallorum Regibus peteret, teſte *Froſſardo* L. 3. p. 352.

Sigfridus Comes, caſtellum Lutzenburgenſe à Wickero, Abbate S. Maximini, acquiſivit anno 993. concambii jure, pro villa Viulna, in pago Arduennæ, apud *Aubertum Miræum*, Donat. Belgic. c. 20.

§ 605.

Territoria vendita.

Marchiam Luſatiæ, poſt Conradi II. obitum, ab Imperatore emit Theodoricus, Ottonis divitis Mi nenſis filius, pro decies mille argenti libris. Vid. *Manlii* Comment. rer. Luſat. L. 4. c. 13.

Joannes, Rex Bohemiæ, Philippo Valesio, Galliæ Regi, vendidit 1334. Comitatum ac civitatem Luccæ, pro centum octoginta millibus parvorum florenorum Florentiæ, apud *du Mont*, Corps diplomatique, T. 1. P. 11. n. 213. p. 148.

Magnus II. dictus Smeek, Suecorum Rex, 1343. à Christophoro, Daniæ, Rege, emit Scaniam & Hallandiam, cum finitimis provinciis, pro septuaginta millibus argenti puri libris, apud *Loccen.* Hist. Suecan. L. 3. p. 102. qui addit: dimidiam partem decimarum ecclesiæ Magnus in adjumentum corripuit, redimendæ Scaniæ, alteram partem suppeditarunt subditi.

De Philippo Bono, Burgundiæ Duce, scribit *Pontus Heuterus*, Rer. Burgund. L. 4 c. 3. quod 1429. inauguratus fuerit à regionis Namurcensis Ordinibus, quam Theodoricus, postremus Namurcensium Comes, liberis non procreatis mortuus, consensu omnium Ordinum, senex, viduusque, vendiderat, servato, ad mortem usque, usufructu & titulo.

Eundem Philippum Bonum, Luxenburgicum Ducatum 1443. emtionis jure obtinuisse, idem testatur *Heuterus* L. 9.

Gerhardus, Dux Juliacensis, teste *Teschenmacher* Annal. Cliv. p. 521. Carolo Audaci, Burgundiæ Duci, 1472. Ducatum Geldricum & Comitatum Zütphanium, pro 92. mille aureis cessit.

Cui etiam Gerardus, Juliæ & Montium Dux, 1473. cum filiis Wilhelmo & Adolpho, in easdem provincias jus suum, pro 80. mille florenis vendidit. Hinc Carolus, Ducatum Geldricum emtionis titulo sibi debitum existimans, cum Ordines, quibus insciis contractus initus, reluctarentur, eumque in filium Arnoldi Adolphum & nepotem Carolum transferre satagerent, Carolus Burgundus 1473. armata manu Ducatum occupavit.

Otto, Ludovici Bavari Imperatoris filius, consentiente agnato, Fridrico Landshutensi, 1373. Marchiam Brandenburgensem pro ducentis aureorum Hungaricorum millibus Carolo, socero suo, Imperatori, ac Bohemiæ Regi, vendidit, apud *Andr. Presbyterum*, p. 38. Male hæc venditio habuit Stephanum, Ottonis fratrem, hujusque filios atque nepotes, qui 1374. coram Sigismundo Imperatore, de vilitate pretii conquesti: die Stricke an denen Glocken wären nicht damit bezahlt.

Jodocus Moravus, cum Imperialem dignitatem ambiret, Electoratum iterum vendidit pro 400000. fl. Wilhelmo Misnensi, à quo post annum, Sigismundus Imperator cum iterum reluit.

Idem Sigismundus Imperator, postea 1417. Fridrico, Burggravio Noribergensi, Marchiam Brandeburgicam. una cum Electoratu, pro quadringentorum aureorum Hungaricorum millibus, vendidit.

§. 606.

Recentiora territoriorum venditorum exempla.

Carolus VI. Imperator 1713. Genuensibus vendidit Marchionatum Finalien-sem pro una millione & ducentis millibus Petiorum, quod monetæ genus, Petia dictum, id in effectu habet, ut unum Petium valorem quinque librarum, seu centum solidorum Genuensium, continere debeat, apud *du Mont*, Corps diplomatique, T. VIII. P. 1. n. 167.

Brunsui-ensis Elector Ducatum Bremensem, pro trecentis thalerorum millibus, Dano solutis, Suecis, pace secuta 1719. consentientibus, comparavit.

Urbem Stetinensem Sueci 1720. pace Holmiensi, Borussiæ Regi cesserunt, pro duabus myriadibus thalerorum.

§. 611.

a.) *Origo assecurationis*

Repetenda à Judaeis, qui sub Dagoberto, Philippo Augusto & Philippo Longo, Regibus Franciæ, usi sunt literis assecurationis (polices d'asseurance) ad Gallos emungendos, postquam Gallia extorres facti, in Italiam, aliasque provincias secesserunt: Romanos tamen jam dum huic contractui simile quid habuisse, observat *Heinec.* Elem. Jur. Germ. T. 1. p. 683. Add. *Werlhof* diss. de polizza.

b.) *Bodmeria.*

Confer Jus Wisbyense, jam dum Sec. XII. conditum, art. 40. & Statut. Hamburg. part. 2. tit. 18. §. 6. ubi statuitur: von Bodmerey-Geld ist man nicht schuldig Haverey zu bezahlen, i. e. jactum factum, non esse refarciendum ex pecunia Bodmeriæ. Concurrentibus pluribus, ex Bodmeriæ contractu, credito-

ditoribus, jure Hamburgico potiores tempore, ſunt potiores jure: at jure Hollandico præfertur poſtremus. Qui tamen in conſtruendam navem pecuniam credidit, Bodmeriæ creditori præfertur: Een byl-brief gaet vor bodemerie-brief. Vid. *Heinec.* Elem. jur. Germ. L. 2. T. 15. §. 433.

§. 612.

Aſſecurationis pretium.

Ex Hollandia verſus Turciam, præmium aſſecurationis ſolet eſſe 14. pro Cent; verſus Venetias 13. verſus Livornam & Maſſiliam 10. pro Cent, alias communiter 7. pro Cent. Amiſſa cenſetur merx aſſecurata, Italiæ moribus, ſi intra 6. menſes, certus nuntius navis ſervatæ, non auditur: Belgarum moribus, ſi intra Europæ fines uſque ad Bataviam navigatur, ſi intra annum: ſin extra illos, in remotiores terras, ſi intra biennium à tempore cœpti itineris, ſervatæ navis, ſeu mercium, nuntius non advenerit.

§. 625.

Superficies, das Platz-Recht.

§. 677.

Sine ſcriptura ex cambio agitur,

ſi illa forte deperdita, vel cambium ſine ſcriptura, coram proxeneta, contractum.

§. 689.

Reſpit-Täge.

Dies induciarum, die Reſpit-Täge, in ſolius traſſati favorem introducti cenſentur, quibus pro lubitu poteſt renuntiare, quod eo ipſo facit, dum iis non utitur, ſed ſtatim ſolvit.

§. 692.

a.) *In cambio pœnitere non licet.*

Cambium habetur regulariter pro contractu conſenſuali, ſtatim obligante, ita ut excludatur pœnitendi licentia, etiamſi alter nihil adhuc præſtiterit, quo caſu alias jure Romano, à contractu innominato recedere licet.

b.) *Ex cambio contra heredes*

non cambialiter, ſed executive, regulariter agitur. At in foro Magdeburgico vi legis ſpecialis, etiam contra heredem ad perſonale arreſtum, ex cambio agitur. Vid. *Berger.* Oecon. Jur. L. 4. T. 30. §. 4.

§. 700.

Vindicatio pecuniæ cambialis.

Viennæ pecuniam, apud traſſantem in natura extantem, vindicare licet. Alibi traſſans, ſtatim ejus dominus factus cenſetur.

§. 728.

Societas æterna, ſeu ad heredes tranſitura.

Lex 70. Dig pro ſocio, nullam ſocietatis in æternum eſſe coitionem, & L. 14. §. 2. Communi dividundo pactum, ne omnino diviſio fiat, nullas vires habere, edicit. Quæritur: num hæc legislatio ſit juris naturalis, an mere civilis? *Leyſerus* Medit. ad Pandect. Spec. 186. n. 1. & 2. Vol. 3. p. 383. has leges rectæ rationi & bono publico optime convenire, & ad ipſas controverſias illuſtres & publicas pertinere, contendit, quia ratio legis hæc ſit, ut rixarum materia tollatur. Sed cum naturali jure ea cernatur dominii vis, quæ domino, quam libuerit, rei ſuæ legem dicere, permittit: rectius alii meram, in his legibus legislationem agnoſcunt. Atque tunc nova oritur quæſtio: num illa Germaniæ etiam civibus, ipſisque Germaniæ Principibus, ſit applicanda? Affirmativam tuetur *Itterus* de feudis Imperii, c. 13. §. 20. quod abſonum haud ſit, ut, qui privati quodam dominii jure rem inter ſe communem habent, ex ipſo privato jure, quod de communione diſponit, ſuas controverſias decidi patiantur. *Schilterus* econtra, Exerc. ad Pandect. 20. §. 77. inter privatos quidem pactum ne fiat diviſio, juri contrarium cenſeri, & replicatione nullitatis elidi putat, ſed inter illuſtres familias, ac Status regni & Imperii, tale pactum ſcopo, legibus, moribuſque noſtræ Reipublicæ omnino congruere, ac receptum intelligi. Nobis ratio totius hujus legislationis, non tam in eo ſita videtur, ut tollatur rixarum materia, & quia communio eſt diſcordiarum mater. Nam ſi hoc ponatur fundamentum, non tantum ſocietates, ad heredes tranſituræ, ſed omnes omnino, ad longius tempus, aut ad vitæ dies, contractæ, improbarentur, quas tamen jus Romanum tolerat. Sed nobis, hujus legislationis ratio potius in eo ſita videtur, quod apud Roma-

nos

nos per pacta hereditates transferri non poterant, quod tamen fieret, si toleretur pactum, ne fiat divisio. At cum Germaniæ moribus pacta successoria sint valida, sponte apparet, ad Germanos hanc legislationem applicari non posse, adeoque apud eos, tum inter privatos, tum inter Principes, societates æternas & pacta ne fiat divisio, omnino esse valida.

§. 734.

Vota majora sociorum, circa religionem dissentientium.

Difficilis est quæstio: num socii in communione territorii viventes, & circa religionem dissentientes, vota majora admittere teneantur; an provocare possint ad jus eundi in partes, per Instrumentum Pacis, art. 5. §. 52. stabilitum. Si dissensus circa causam religionis versatur, omnino sola amicabilis compositio obtinere debet; ad alias autem causas, circa quas oritur dissensus, Instrumentum Pacis porrigendum haud videtur, quare tunc vota majora omnino obtinebunt.

§. 739.

Societas cum fisco Cæsareo.

Ubi fiscus Cæsareus concurrit in dividenda pœna, per violationem privilegii Cæsarei contracta; fiscalis ad fisci partem agere nequit, nisi ipse læsus simul agat. Tali enim casu, saltem secundario res fisci agitur, Conf. *Tasinger* Instit. Jurisprud. Cameral. p. 505.

§. 770.

a.) *Obstagium.*

Ejus mentio jam dum occurrit cap. 9. X. de jurejur. Carolum IV. Imperatorem, se civitati Geilnhusanæ ad obstagium obligasse, docet *Hert.* in Jurisprudentia cavente, §. 9.

b.) *Obstagium pro obligatione aliena.*

Koppius in denen Lehns-proben, p. 249, inseruit tabulas renuntiationis de 1236. ubi Wilhelmus, Comes de Duingen, si filios relinquat, nullam filiæ suæ, Münzenbergio nuptæ, hereditatis partem dari vult, addens: ideoque de commonitione Domini Ulrici &c. ipsa docetur, ut voluntarie renuntiet, quod & præscripti, data fide & sub cautione, juramentum complere, promiserunt. Alioquin intrabunt Wormatiam, inde non *egressuri*, nisi filia mea suæ renuntiaverit hereditati.

§. 776.

§. 776.

Clerici fidejubere prohibentur

Cap. I. X. de fidejussoribus.

§. 786.

Beneficium Ordinis.

Ex Nov. 4. c. 1. vulgo colligunt, cessare beneficium ordinis, quoties difficilis sit debitoris excussio, ac inde porro inferunt, cessare beneficium ordinis, si fidejussio facta pro potentiore, Principe, fisco. Præjudicia vide apup *Berger.* Oecon. Jur. L. 3. Tit. 3. §. 12. Not. 6.

§. 805.

Stipulationis derivatio:

à stipula, juvatur formula Germanica, in contractibus antiquis passim obvia: Wir haben redlich Verkaufft, in rechter Kaufweiß gegeben, mit Hand und mit Halm, e. c. in venditione, qua Herman, Comes de Castell, 1317. Monasterio Ebracensi vendit pagum Fulterfee, apud *Lünig* Spicil. Secul. Tom. I. p. 48. Tabulæ, quibus Kraft de Hohenlœ vendit Ludovico de Hohenlœ partem civitatis Kitzingen pro 3750. libris Hallerorum, ajunt: der vorgenannten Stadt und Gut, eussern Wir mit Handen und mit Halmen.

§. 807.

Stipulatio Aquiliana.

Anxiam, miseramque diligentiam, sapit clausula, quæ reperitur in tractatu cessionis de 5. Oct. 1418. quo Jolantha, mater & tutrix Ludovici Andegavensis III. Regis Neapolis & Siciliæ, cessit Amadeo, Sabaudicæ Duci, Nicæum, Villam francam, aliasque urbes, apud *Sam. Guichenon*, histoire de Savoie, p. 460. quæ ita sonat: de quibus omnibus, dictum dominum Ducem Sabaudiæ & suos heredes & successores, quittant & liberant, per præsentes, cum pacto expresso, *Aquiliana stipulatione* vallato, de quicquam ulterius pro præmissis, seu aliquo præmissorum, non petendo &c. Quasi vero ejusmodi Principes opus habeant stipulatione Aquiliana, de qua §. 2. Inst. quib. mod. tollitur obligatio.

§. 808.

§. 808.

Hodiernus ſtipulationum uſus.

Chriſtoph. Ludov. Crell, de jure connubiorum in Luſatia ſuperiore, Viteb. 1753. in benedictione ſacerdotali neogamorum, hodienum ſtipulationis uſum ſupereſſe, exiſtimat, & licet jure Canonico ex pactis nudis oriatur obligatio valida, tamen obtinere in copula ſacerdotali verborum obligationem & ſtipulationem ſolennem eſſe adhibendam. Sed cum in hoc negotio contrahentes, non ſibi interrogantibus, ſed ſacerdoti interroganti, reſpondeant, facile apparet, hunc ritum, ad ſtipulationem Romanam haud quadrare.

§. 812.

Scriptura emphyteuſi eccleſiaſticæ neceſſaria.

Irritam eſſe emphyteuſin eccleſiaſticam, ni ſcriptura acceſſerit, præjudiciis demonſtrat *Chriſtinæus*, Vol. III. deciſ. 119. num. 5.

TOMUS VII.

De

Delictis & Pœnis

Principum.

§. 1.

Scelus à flagitio Tacitus distinguit.

Locus *Taciti* ita habet: Distinctio pœnarum ex delicto. Proditores & transfugas arboribus suspendunt. - Ignavos & imbelles & corpore infames cœno ac palude, injecta insuper crate, mergunt. Diversitas supplicii illuc respicit, tanquam *scelera* ostendi oporteat, dum puniuntur, *flagitia* abscondi. Laborant interpretes in ostendendo discrimine inter scelera & flagitia, quod omnium optime discitur ex *Augustino*, de doctrina Christiana, L. 3. c. 10. ibi: quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus suum, *flagitium* vocatur: quod autem agit, ut alteri noceat, *facinus* dicitur, & hæc sunt duo genera omnium peccatorum.

§. 6.

Bannum contra magistratum.

Observatum, bannum Imperiale aliquando fuisse directum, non contra integram universitatem, sed solum magistratum: Wir Verkünden dieselbe Burgemeister und Rath zu S. in Unsre und des Reichs Acht.

§. 7.

Exempla universitatum delinquentium,

tum antiqua, tum recentiora, collegit *Christian. Anton. Cretschmer*, de delictis & pœnis universitatum, Altorf. 1680. p. 20. e. c. Cariæ, Peloponnesi, Carthaginis, Salaminæ, Albæ longæ, Thebarum, Corinthi, Bizantii, Mediolani,

Iani, Cremonæ, Brixiæ, Monaſterii, ſub ſuo Rege Joanne Leidenſi, rebellantis, Donawerdæ, in ſacra Pontificiorum injuriæ, Bremæ, Erfurti, &c.

§. 28.

Blaſphemia vel formalis eſt, vel materialis.

Theologi Reformati Heidelbergenſes ab Electore Palatino interrogati ſuper crimine Langhanſiano, de quo §. 99. numne ex ipſius, ad Electorem ſcriptis epiſtolis, appareat, quod contra conſcientiam & religionem ſcripſerit, adeoque pro impio ac *blaſphemo* ſit habendus? ac proinde tanquam putidum eccleſiæ membrum ab eadem ſeparandus? reſponderunt d. $\frac{7}{17}$ Dec. 1684. daß er die Erhaltung und Vermehrung ſeines irrdiſchen intereſſe ſeiner Pflicht und Schuldigkeit vorgezogen, und wieder beſſer Wiſſen und Gewiſſen, insbeſonder wieder die principia der von ihm bisher bekannten Religion, geſchrieben, und die Geheimniſſe der Chriſtl. Lehre vom Glauben, Hoffnung und Liebe, von der Ruhe des Gewiſſens und Troſt des Heil. Geiſtes, von der einmahl ertheilten ſeeligmachenden Gnade, abſonderlich von der Heil. Vorſehung GOttes, zu ſeinem Zweck läſterlich mißbrauchet, und alſo nicht anderſt, als pro impio & *materialiter*, nicht aber *formaliter blasphemante* zu halten ſey. Sententia criminalis contra eum d. 2. Mart. 1686. lata, ita dabatur executioni, ut numellis impoſitus, virgam dextra tenens, per horæ ſpatium populi conſpectui exponeretur, & poſtea â carnifice rhedæ impoſitus, in carcerem, den Diebes-Thurn, indeque Dielſpergam, ac tandem Javingenbergam, ad carceres vicennales, abduceretur, ex quibus tamen, occaſione invaſionis Gallicæ, 1688. liberatus, atque à Galliæ Delphino Argentoratum miſſus eſt.

§. 36.

Propricidium Saguntinorum.

Quod *Florus* memoriæ prodidit, Saguntinos, ab Hannibale obſidione preſſos, ex communi decreto ſe inebriaſſe, incenſisque ædibus combuſſiſſe, ne in hoſtium venirent poteſtatem, pertinaciam ſapit, plane non probandam. Majora enim ſibi intulerunt mala, quam metuere ab hoſte poterant. Recte *Martialis* ſtultitiam vocat, ne moriare mori. Conf. dicenda §. 42.

§. 49.
Raptus illuſtris.

Thusnelda, Segeſtis filia, alii pacta, ab Arminio, viro forti, primæ inter Germanos dignitatis, rapta, invito patre Arminio nupſit, ita neglecta, ut Romanis gravida ſervire cogeretur, apud *Tacit.* Annal. L. 1. c. 57.

Gislebertus, Comes, & Caroli Calvi Vaſallus, rapuit filiam Lotharii Imperatoris, eamque abductam in Aquitaniam, uxorem duxit. Vid. Annal. ap. *Pithœum* ad an. 846. p. 41.

§. 52.
Raptus mulcta punitus.

Levoldus Northovius in Chron. Marian. apud *Meibom.* Rer. Germ. Tom. I. p. 304. ſcribit: Anno Domini 1297. feria 2. ante feſtum Joannis, Bernardus Bitter, filiam Gerwini de Rinkenrode, militis, venientem de Vroudenberg, rapuit & eam fratri ſuo Engelberto in matrimonio copulavit, quam pater ejus, poſtmodo ſibi redditam, primogenito domini de Volmenſteine dedit in uxorem. Cujus facinoris auctores, videlicet Bernardum Bitter & ſuos complices, ſtatim é terra ſua eliminavit, mulctamque in ipſorum bonis, ſatis rigidus irrogavit.

§. 52.
à Raptu differt abductio volentis.

Hodie, fœminas volentes abducere, fere habetur pro dexteritate amatoria, non ineleganti, ut loquitur *Huber.* ad Pand. L. 48. tit. 6. §. 4. Quemadmodum & apud Romanos non tam duci, quam rapi, plane ſimulabatur virgo, e gremio matris, aut ſi ea deeſſet, ex proxima neceſſitudine, tum cum ad virum transferebatur, vel quod parum decorum videatur, conſentire virginem in primos concubitus: vel quod ea res Romulo feliciter ceſſerit, cum ſibi, ſuiſque ex Sabinis quæreret uxores. Conf. *Anton. Hotomannus*, Advocatus Pariſinus, Franciſci frater, in Tr. de vet. ritu nupt. c. 19. Hodienum, modum rapiendi puellas deſponſatas, apud Servianos obtinere, obſervat *Busbeqv.* Epiſt. Legat. Tur. cic. 1.

§. 56.

§. 56.

Injuria, ſine animo injuriandi.

Ad injuriam ſufficit dolus, in alterius contumeliam admiſſus, utut deficiat animus injuriandi, e. c. qui fœminæ invitæ obtrudit oſculum, injuriarum tenetur, etiamſi fuerit Clericus, de quo quidem gloſſa ad Can. Abſit 14. cauſ. 11. qv. 3. præſumit, quod talia faciat benedicendi cauſa, aut ex Zelo charitatis. Sed haud abs re reſpondet *Nevizanus* in Sylv. nupt. L. 4. §. 76. à tali charitate libera nos domine.

§. 57.

Verberare & pulſare differunt.

Verberare dicitur, qui cum dolore: *pulſare* qui ſine dolore, ignominiæ cauſa cædit, L. 5. §. 1. Dig. de injuriis.

§. 81.

Nominis mutatio ob omen infauſtum.

In Hiſpania Comes Olivarez, cum 1642. filium ſuum naturalem legitimaret, abrogato ei Juliani nomine, quod Hiſpanis habetur infauſtum, Henricum Philippum vocari voluit. *Vittor. Siri* Mercur. L. 1. f. 173. Nomini Juliani autem Hiſpani ideo labem aſpergunt, quoniam Julianus Septa Comes, ob vim, filiæ ſuæ à Roderico Rege illatam, regnum Mauris prodidit, Seculo IIX. ineunte.

§. 90.

Veneſica illuſtris ſubmerſa.

Ludovicus Pius Imperator Gerbergam, Sanctimonialem fœminam, filiam quondam Wilhelmi Comitis, ſororem Ducis Bernardi, tanquam veneficam & more maleficarum in vaſe vinario claudere, & in Ararim mergi præcepit, qua de re legantur Vita Ludovici Pii apud *Pithœum*, p. 406. *Nithard.* de diſſenſu filiorum Ludovici, L. 1. p. 440. *Thegan.* de geſt. Ludov. c. 53. p. 318.

§. 100.

Differunt palinodia, deprecatio & honoris declaratio.

Per *palinodiam*, Wiederruff, injurians ſe mentitum profitetur: per *deprecationem*, Abbitte, ſe pœnitere dictorum & veniam petere: per *honoris declara-*

tionem, Ehren-Erklärung, ſe alterum pro viro honeſto habere, nec unquam aliter ſenſiſſe.

§. 102.

Latrocinia & rapinæ à lege civili modum accipiunt.

Germani quondam rapinas & latrocinia adverſus exteros & extra fines ſuæ civitatis, non autem adverſus cives & hoſpites permiſere, ceu patet ex *Cæſare* de Bello Gallico, L. 6. c. 23. adde dicta §. 21. Not. 1.

Judæi Halberſtadienſes quondam habebant privilegium de rebus furtivis, nonniſi reddito pretio, reſtituendis. Conf. Jus Prov. Sax. L. 3. art. 7. & quæ diximus de pactis, Tom. 6. §. 329. Not. 2.

§. 103.

Dubia circa furtum.

Depoſitarios, depoſitum intervertentes, furibus æquiparat Ord. Crim. art. 70. praxis tamen non ultra fuſtium ictus procedit.

Sic & diſſentiunt interpretes, num pro effractione ſit habenda apertura, per clavem adulterinam facta?

§. 152.

Decretoria duella

nimis ſunt periculoſa, præſertim cum incertum ſit, an victus, viribus adhuc integris, compromiſſum ſit impleturus.

§. 169.

Duella publica autoritate admittuntur.

Lotharingiæ Dux infeudatur ab Imperio ſuper jure, quod quicunque in terra inter Rhenum & Moſam duellare voluerit, hujuſmodi duella coram eo fieri debeant, & non alibi conſummari. *Lünig* Reichs-Archiv, part. ſpec. Contin. 2. ſub Lothringen, p. 310.

§. 185.

Parum honeſte negatur, quod ludo perditum.

De Ottone III. Imperatore, refert *Monachus Brawilenſis* de Ezone & Mathilda, c. l: apud *Leibniz.* Scriptor. rer. Brunſuic. T. 1. p. 315. placuiſſe Imperatori, cum

cum Ezone Palatino ludenti, conditionem, ut cui per tres continuas vices victoria proveniret, alterius potiretur rebus optimis, etiam quibus vellet. Ter victor Ezo Mathildam, Ottonis sororem, præmium victoriæ postulat & impetrat ab Imperatore, existimante, non esse Regii honoris, si mendax fieret suæ sponsionis.

§. 192.

Felonia incestu commissa.

Cum Sabina Catharina, Comitissa Ostfrisiæ & Rietberg, patruo Joanni, prævia tamen Pontificis dispensatione, nupsisset, curia feudalis Hassiaca incestuosas has nuptias pro felonia venditabat, & ex hoc capite ad privationem feudi Rietbergici agebat. Sed transactione 1645. lis ita sopita, ut erga solutionem 16000. thal. Sabinæ posteri, utriusque sexus, de novo investirentur.

§. 192.

An ipso facto, an demum per sententiam, Vasallus delinquens feudo cadat?

Vid. *Plattneri* disquisitio juris beneficiarii, à quo tempore à cliente, ob crimen condemnato, fructus debeant restitui? Lips. 1753.

§. 195.

Exempla Principum, feudis privatorum.

Sub Conrádo II. Ernestus, Dux Alemanniæ, apud *Wipponem*, in Vita Conradi, p. 416. sub Henrico III. Conradus, Dux Bavariæ, apud *Hermannum Contractum*, ad an. 1053. sub Henrico V. Henricus, Dux Lotharingiæ, in Annalibus Hildesienfibus ad an. 1106. bonis exuti leguntur.

§. 197.

Dominus, ob feloniam, dominio directo privatur,

si superiorem agnoscit, idque vel per sententiam *privatoriam*: daß Beklagter des Lehns Eigenthum verwircket und desselben zu entsetzen: vel per *declaratoriam*: daß das geklagte Lehns-Eigenthum dem Lehn-Mann heimgefallen, quæ etiam in præteritum operatur, ita tamen, ut liberam, de feudo disponendi facultatem, haud tribuat, sed agnatis, jus suum succedendi, per omnia salvum relinquat.

§. 211.

Paternum crimen, in posteros propagatum.

Memorabile exemplum delictorum, per plures generationes propagatorum, ex *Puffendorff.* Rer. Suecic. L. 23. §. 7. refert *Sam. Frid. Willenberg*, de jure ultimi suæ gentis, c. 4. §. 143. Vivebat nimirum Holmiæ tempore Christinæ, Sueciæ Reginæ, Arnoldus Messenius, vir eruditione conspicuus & Autor Theatri nobilitatis Suecicæ, cujus avus ob turbas, in Republica motas, capite truncatus fuerat, pater ejus eo nomine quoque in carcere obierat, & ipse hunc, ob seditiosos sermones in gubernationem regni jactatos, per 14. annos toleraverat. Regina hunc Arnoldum libertati reddiderat, & munere Historiographi, insignibus nobilitatis, & opima donatione, mactaverat. At ille nihilominus infensum animum contra Reginam gerebat, cujus causam prætexebat, quod in lite cum sorore sua 1648. contra eum pronuntiasset. Simul vetus odium contra Cancellarium Oxenstirnam coquebat, quod cum olim is per acerbum jocum, affectanti Cancellarii munus Arnoldo, objectasset, hic vicissim Oxenstirnæ, Regni cupiditatem exprobraverat. Malitia Messenii aucta, quod infensis sermonibus Reginam, ac plerosque senatores, & præsens regimen, increparet, & ad jugum excutiendum consilium suppeditaret, ac tantum Ducem desideraret. Propagaverat odium in filium suum, communicatis eam in rem quibusdam subsidiis & scriptis. Unde libido subiit juvenem, famosum libellum rythmis excudendi, qui conscio patre ad Carolum Gustavum, in Oelandia tunc agentem, mittebatur, & ab hoc illico ad Reginam. Inquisitio instituta, & uterque, pater & filius, in custodiam ire jussi. Post brevem inficiationem filius crimen fatetur, & pater tandem, confessione filii convictus, metu tormentorum, quæ ostentabantur, idem faciebat. Pœna hinc contra utrumque decreta, & pater Holmiæ gladio truncatus, filio, extra urbem, primum dextra manus, post caput abscissum, corpus in quatuor partes dissectum, & partes in quatuor urbis locis, ad detestandum crimen, suspensæ.

§. 213.

Agag non ob sola majorum peccata punitus.

Nam & propria concurrisse, patet ex 1. Sam. XV. vers. 2. & 33. Nec credibile est, si Amelekitæ à majorum suorum iniquitatibus destitissent, DEUM

post

poſt quinque, & quod excurrit, Seculorum decurſum, comminatam Deut. XXV. 19. pœnam, â majoribus promeritam, in poſteris demum fuiſſe puniturum.

§. 216.

An Reges poſſint puniri?

Vidit orbis Reges, qui ſpeciem Regum præ ſe tulerunt, at re vera fuere ſubditi. Spartæ duo Reges ſemper Reipublicæ præerant, nomine magis, quam re. Summa enim Reipublicæ erat penes Ephoros, ſine quorum permiſſu Reges nil agere poterant. Imo Ephori ipſos Reges capitis damnare poterant. Exemplum extat apud *Plutarch.* in vita Agidis & Cleomenis, p. 804. 809. Eorum quoque Regum, qui re vera ſumma poteſtate gaudent, facta injuſta, quandoque ita comparata ſunt, ut dubium exiſtat, num per ea ſaltem jura ſingulorum, an illa totius Reipublicæ, ſint læſa? num reſiſtendi jus præbeant, nec ne? num propter ea veniri queat ad depoſitionem, nec ne? E. c. perplexam, difficillimamque, credo quæſtionem: num juſte Brutus ejecerit Tarquinium Superbum, ob ſtuprum, ab hujus filio, Lucretiæ illatum?

§. 222.

Franciæ Reges à proceribus capitale ſumſerunt ſupplicium.

Aletheum patricium in Meſſalacenſibus comitiis capitis damnavit Chlotharius, ao. 614. apud *Fredegar.* in Chron. c. 44. Carolus M. Pipino filio, ejuſque conjurationis ſociis, in comitiis Ratisbonenſibus vitam & bona abjudicavit. Vid. Annal. Moiſſiacenſ. ad an. 792.

§. 223.

Imperii Status, ob delicta privata, puniti.

Bohemiæ Reges ob parricidium, adulterium, expulſam, aut ſæve nimis habitam conjugem, puniti leguntur, apud *Goldaſt.* de Regn. Bohem. L. 4. c. 9.

Inter crimina, quare Ulricus, Dux Würtenbergicus, Ducatu ejiciebatur à Maximiliano I. Imperatore, quoque numerabantur ſævitiæ in conjugem Sabinam, Alberti Bavari filiam, patratæ, utut adfuerint ſimul ſubditorum, de injuſta regimine, querelæ. Conf. *Strauch* de ejectione & reſtitutione Ducis Würtenbergici, th. 2. quæ inter ejus diſſertationes, junctim editas, eſt decima.

§. 234.

Pœna ebrii delinquentis, item somniantis.

Legem à Pittaco, uno é septem sapientibus Græciæ, latam, refert *Plutarch.* in Conviv. septem Sapientum, qua, si quis per ebrietatem peccaret, dupla ejus, quæ sobrio infligeretur, pœna statuta fuerit. Somniantibus imputari nihil potest, quoniam in somno rationis usus cessat, nec in potestate dormientis est, velitne somniare, nec ne? Injuste Constantinus Imperator eos, qui somnium de se habuerant, idque uni ex amicis narrarant, capitis supplicio affecit, apud *Ammian. Marcellin.* L. 15. c. 4.

§. 243.

In pœnis determinandis, ratio habetur ministerii Principalis.

Antiquis Alamannorum legibus, tit. 33. §. 1. mulcta pro stupro triplo major erat, si quis fœminæ, quæ in ministerio Ducis erat, illud intulerit. Leges Ripuariæ, tit. 34. pro raptu, homines Regios & ecclesiasticos, dimidiam saltem mulctam pendere jubent.

§. 245.

Furtum manifestum severius punitur.

Quoniam plus periculi imminet à fure manifesto, qui plerumque ad desperationem actus, aliorum vitæ haud parcit, dummodo se subducere possit.

§. 258.

Supplicium Grumbachii & Bruckii.

Müller. Annal. Saxon. p. 149. his verbis illud describit: Den 18. Apr. 1567. geschahe nach Urthel und Recht, die scharffe execution vorgenannter Reichs-Aechter, auf dem Chavot zu Gotha. Erstlich wurde Wilhelm von Grumbach, welcher wegen seiner Gicht-Beschwerung nicht wohl zu Fuße war, auf einen geringen elenden Stuhl, zur Fleischbanck gebracht .... wurde ausgezogen, niedergelegt, angenagelt, und lebendig geviertheilet. Der Scharff-Richter riß ihm vor erst das Hertz aus dem Leibe, und schmiß es demselben mit diesen Worten um das Maul: Siehe Grumbach dein falsches Hertz. Hierauf und zum andern, ward Cantzler Bruck in einem langen schwartzen Man-

Mantel, nebst einem Flor auf dem Huth, hervorgebracht, gleichfalls mit dem Trompeten-Schall beneventiret, und mit Zertheilung seines Cörpers, wie Grumbach, in vier Stücken, vom Leben zum Tode gemartert. Nach solchen, kam drittens Wilhelm von Stein, welcher, weil Grumbach selbst gestanden, daß er ihn verführet habe und Ursach an seinem Tode sey, erstlich mit dem Schwert gerichtet, und sodann ebenmäßig geviertheilet wurde.

§. 260.

Vivicomburium.

Vid. 5. feud. 10. ubi Fridericus I. eos, qui extra bellum legitimum flammis in tecta grassantur, vivos comburi jubet.

§. 262.

Curifragium

Jure Romano ignoratur.

§. 264.

Decollatio.

In Germania Ludovicus IV, Imperator Albertum, ultimum Comitem Bambergensem, quod Conradum, qui Ludovici frater fuisse creditur, occiderat, fraude Hattonis Episcopi Imperatori traditum, tanquam reum Majestatis, communi Optimatum sententia, manibus post terga revinctis, spectante universo exercitu, *securi obtruncari*, bonis ejus ecclesia & fisco locupletatis. *Aventin.* L. 4. *Struv.* Corp. Hist. Germ. Period. 4. Sect. 9. §. 3. Conf. dicta §. 222.

§. 268.

Proscriptionum exempla.

Henricus VI. Imperator 1194. proscripsit Primislaum Ottocarum, Bohemiæ Regem, quia Bavariam hostiliter invaserat. *Goldast.* de Reg. Boh. L. 4. c 9. §. 12. Otto IV. Imperator 1208. Ottonem Wittelsbacensem & Marchionem Andecensem, Philippi Imperatoris occisores. *Arnold. Lubec.* L. 8. c. 16. Henricus VII. Imperator Joannem Habsburgicum, Cæsaris Alberti parricidam, *Brower* Annal. Trevir. L. 17. c. 15. p. 189. Idem Henricus VII. Imperator 1309. Eber-

hardum, Comitem Würtenbergicum, ob laceſſitas Sueviæ civitates, apud *Lehman.* Chron. Spir. L. 7, c. XI. n. 2. Carolus IV. Magnum Torquatum, Brunſuicenſem Ducem, quod vi terram Lüneburgicam, contra Saxoniæ Duces, occupaverat. Chron. Luneb. apud *Leibnit.* Tom. 3. p. 187. Sigismundus Imperator 1414. Fridricum V. Auſtriæ Ducem, quod aufugienti Joanni XXIII. Papæ, opem tulerat. Maximilianus I. 1488. Philippum Clivenſem, quod Flandris rebellibus ſtudia addixerat.

§. 268.

Exteri banniti.

Supponit bannum, proprie acceptum, jurisdictionem in eum, qui eſt proſcribendus. Quoties vero in bannum declarari dicuntur exteri, quibus nulla cum Imperio intercedit communio, tunc bannum magis declarationem bellicam, quam ſententiam judicialem denotare, oppoſite obſervat *Ludovicus Bernhardus L. B. de Zech* de proſcriptione Statuum Imperii, §. 14. in fin. ubi rem illuſtrat exemplo Maximiliani I. Imperatoris, qui precibus Joannis, Daniæ, Sueciæ & Norvagiæ Regis, adductus, proceres Suecos, ob defectionem à Rege 1505. proſcripſit. Ipſæ proſcriptionis tabulæ extant apud fideliſſimum rerum Danicarum ſcriptorem, *Arild Huitfeld*, in hiſtoria Joannis Regis, p. 236. unde eas deſcripſit Autor libelli: Dania ad exteros, de perfidia Suecorum, 1643. Proceſſus banni ita inſtruebatur. Citati ad Cameram, ſub termino ſex menſium, proceres Sueci. Cum non comparuiſſent, accuſabat eos procurator fiſci Cameræ, ex capite & fractæ pacis publicæ & contumaciæ. (Quomodo contumacia cadere poſſit in eum, qui comparere non tenetur? nunc non curamus.) Praeco, poſtquam trina vice provocaverat, ſi quis forte eorum nomine adeſſet, cauſam defenſurus, & nemo advocati nomen profiteri vellet, proſcriptionem tandem promulgabat, hac formula: So denunciren Wir ſie, in Unſer und des Heil. Reichs Acht und Aberacht, und andre pœnen, in dem Land-Frieden begriffen, ſetzen ſie aus Unſer und des Heil. Reichs Frieden in den Unfrieden, und erlauben ihr Leib und Güther männiglich und erkennen auch darauf, dem vorgemelten Unſerm Cammer-procurator fiſcal, executorial und andre nothdürfftige Briefe zu geben, wie ſichs gebühret. Id admodum erat ſingulare, quod cum alias banniti, omni commercio interdicantur, tunc tamen civitati Lubecenſi conceſſum fuerit, mercaturam cum bannitis Suecis exercere. Tabulas privilegii exhibet *Lünig* Reichs-Archiv, part. general. p. 496.

§. 272.

§. 272.

Præcisio nariuм.

Capitularia Regum Francorum eos, qui conjurationis adverſus Regem autores fuerint, ſi quid inde detrimenti paſſa ſit Respublica, capitis damnari, eorumque ſocios, ſibi invicem nares præcidere, & flagrorum ictus infligere, jubebant. Conf. *Heinec.* Elem. jur. Germ. L. 2. Tit. 33. §. 128.

§. 274.

Oculorum effoſſio.

Ord. Crim. art. 159. in fures quidem oculorum effoſſionem ſtatuit, quod tamen in uſum nunquam fuit deductum.

§. 275.

Manus amputatio, pœna infamans.

Manus amputationem, cum infamia adeo conjunctam eſſe, ut licet manus pecunia redimeretur, tamen hæreret infamia, ex jure provinciali Saxonico, L. 1. art. 37. & 65. & Suevico, c. 163. 418. obſervat *Heinec.* Elem. Jur. Germ. L. 1. T. 17. §. 402.

§. 277.

Hebræorum Reges vapularunt.

Id quod tamen nonnulli referunt ad diſciplinam eccleſiaſticam, perhibentes, flagellationem, quæ in veteri ſynagoga obtinebat, ad ipſos Reges fuiſſe extenſam.

§. 278.

Pœna wieder den Erbfeind zu dienen.

Jus Prov. Bavar. L. 5. T. 9. p. 704. nobiles adulteros condemnat: mit 4. Pferden 5. Monath wieder den Erbfeind, oder im Fall zu tragender Landes-Noth, auf ſeine Unkoſten zu dienen.

§. 279.

Servitus pœnæ.

Condemnatio ad ſervitutem, eamque perpetuam, improbatur nonnullis, eo, quod delictum ſit actus tranſiens, ideoque etiam requirat pœnam tranſeuntem, non autem perpetuam ſervitutem; at ubi victi, vel delinquentes, deprehenduntur ad rebellionem proclives, tutius vix datur remedium, quam ad ſervilem eos reducere conditionem.

§. 281.

Relegatio, exilium, lata fuga.

Exilium civitatis jura perimit, *relegatio* eadem ſalva retinet. *Lata fuga*, cujus meminit L. 5. Dig. de interdictis, relegatis, &c. eſt exilium & libera vagandi poteſtas. Conf. *Heinec.* Antiq. Rom. L. 1. T. 16. §. 11.

§. 282.

Relegatio ultra territorium

præſupponit pactum prævium, cum vicinis circuli membris, vel legem, de non tolerandis iis, quos vicinus exterminavit. In Saxonia, ſive quis à Præfecto, ſive à nobili, ſive à civitate, relegatus fuerit, eo ipſo, ex tota provincia relegatus cenſetur, ceu ex *Mollero* & *Berlichio* obſervat *Stryck* Uſ. Mod. Pand. L. 48. T. 22. §. 5. Pacto Gothano de 1680. cavetur: die Landes-Verweiſungen, in welcher Lands-portion ſie geſchehen, ſollen auf ſämtliche Lande ſich erſtrecken.

§. 283.

Confinatio ſeu exilium domeſticum.

Quomodo Simei in ædes, aut ad domeſticum exilium, fuerit condemnatus, vid. 1. Reg. II. verſ. 36. - - 43.

§. 285.

Adulterarum cuſtodia perpetua.

Jure Bavarico nobilibus permittitur uxores, tertium mœchatas, perpetua cuſtodia coërcere: Es ſoll ihren Ehevögten, doch mit Vorwiſſen des Landes-Fürſten, oder derer Regimenter, zugelaſſen ſeyn, nach Gelegenheit eines jeden

Vermögen und Standes, in sein selbst Hauß, Schloß, oder einem andern gebührlichen Ort, die Verbrecherin gäntzlich zu vermauren, und in solcher Fängniß biß in ihren Tod verwahrt zu halten. Constit. de adult. ap. *Khraiser.* Jur. Rom. Bavar. p. 354.

§. 289.

a.) *Memoriæ damnatio.*

Sergius III. Papa Romanus, antecessorem Papam Formosum, iterum effossum, capitali supplicio affecit & in Tiberim projecit, testibus *Martino Polono* & *Platina.* Adde exempla adducta §. 300, 302.

b.) *Collygnii supplicium.*

De eo ita *Thuanus*, l. c. Tandem horrenda, contra Colinium mortuum, fertur sententia, qua, tanquam Majestatis reus, pacis & tranquillitatis publicæ hostis, & initæ adversus Regem conspirationis, autor & instigator, damnatur, bonis omnibus fisco addictis: ejus memoria infamatur: nomen in perpetuum aboletur: decerniturque, ut corpus illius, si uspiam inveniri possit, aut si minus, imago, crati imposita, à carnifice per urbis vias raptetur, & in ripensi foro ad patibulum suspendatur, atque inde ad Manfalconias furcas, editore loco transferatur: ut insignia, ad caudas equorum alligata, itidém in sempiternæ ignominiæ testimonium, per urbes raptentur, & ubicunque locorum regno, in ejus honorem erecta, & decus affixa comperiantur, à carnifice publice confringantur & lacerentur: statuæ item ejus & imagines ubique concerpantur & aboleantur: ædes illius primariæ Castellione ad Lupam, solo æquentur, nec ibi fas sit unquam ædificium instaurare: arbores, in illius septo, ad mediam altitudinem cædantur: solum sale conspergatur: & in media area columna statuatur, cum lamina ærea, cui SCtum hoc inscribatur: tum illius liberi ignobiles pronuntientur & indigni, qui publicis muneribus fungantur, aut ullis bonis in Gallia fruantur: iis, si qua possidere comperiantur, in fiscum redactis.

c.) *Uhlefeldii.*

Simile quid contigit in Dania Comiti ab Uhlefeld, vi sententiæ d. 24. Jul. 1663. n. 1. Soll Corfiz, Graf von Uhlefeld, von seinem Stand und dignitæten degradiret, und sein Wapen vor ihn, seine Kinder, und alle dessen descenden-

denten, durch den Scharff-Richter gebrochen werden. Et n. 6. Eines von Corsiz, Graf von Uhlefeld, Höfen und Häusern, welches Ihr. Königl. Maj. erwehlen werden, soll raſiret, nimmermehr auf den Grund gebauet, sondern eine pyramide allda aufgerichtet und darinn ausgegraben werden, warum solches geschehen.

d.) *Aratro civitates conditæ & destructæ.*

Civitates sicut olim per aratri inductionem condendæ definiebantur: ita etiam in pœnam inobedientiæ & conjurationis destructæ, aratro inducto, sale conspergebantur. Vid. L. 239. §. 6. Dig. de Verb. Signif. ibique *Gothofredus.*

§. 291.

Wette, Buße und Wehrgeld.

Mulcta, judici solvenda, priscis Germanis vocabatur die Wette; quæ læso, die Buße; ipsa autem satisfactio, das Wehrgeld. Vid. *Heinec.* Elem. Jur. Germ. L. 2. T. 30. §. 384.

§. 292.

Henrico Leoni sola feuda ademta.

Diserte ait *Arnoldus Lubecensis* L. 2. c. 24 patrimonium omne, libere possidendum, ipsi relictum. Quare fidem vix meretur Anonymus Saxo, apud *Mencken* in Scriptoribus, Tom. 3 p. 111. dum scribit: *pueri quoque ejus* (Henrici Leonis) *proprietates suas perdiderunt, quia intra annum & diem ab Imperatoria potestate eas non abstraxerunt.* Feuda Henrici Leonis ita fuere dispersa: Westphaliæ partem accepit Philippus, Colonienſis Archiepiscopus: Palatinatum Saxonicum Hermannus, Thuringiæ Landgravius: Ducatum Saxoniæ Bernhardus Ascanienſis: Bavariam denique Otto-Palatinus.

§. 302.

Supplicium exasperatum.

Cæso Nicanori caput & dextra amputabatur, lingua, frustratim concisa, avibus esca projiciebatur, 2. Maccab. XV. 33.

Manus amputationem, cum infamia semper conjunctam, notavimus §. 275.

§. 305.

Executio pœnarum capitalium quondam honesta.

Priscis temporibus in Germania Scabinos juniores pœnarum executiones peregisse, docet *Brummer* de Scabinis, p. 363.

§. 305.

Carnifex executionem insontis recte detrectat.

Paderbornenses cives, quod 1582. tres concionatores Protestantes vocaverant, Hermannus de Weda, Archiepiscopus Colonienſis & Episcopus Paderbornensis, carceri mancipavit, ex iisque sedecim capitis damnavit. At carnifex officium suum facere renuebat, se in maleficos, non in cives honestos conductum, interserens. Quo factum, ut cives, pecunia mulctati, liberarentur. Vid. *David. Chytræi* Saxonia, L. 13. p. 392.

§. 306.

Delinquentes, vel eorum propinqui, pœnam exequi non sunt cogendi.

Apud Francos, perduellionis socios, sibi invicem præcidere nares, fuisse coactos, audivimus §. 272. Bonifacius in epistola ad Aethebaldum, apud *Baron.* Annal. eccles. ad an. 745. scribit: in antiqua Saxonia (i. e. Holsatia) si mulier maritata, facto fœdere matrimonii adulterium perpetraverit, aliquando eam cogi propria manu, per laqueum suspensam, vitam finire, & super bustum illius incensæ & concrematæ, corruptorem ejus suspendi.

§. 313.

Tacita feloniæ remissio.

Si dominus directus ex Curia ei, qui feloniam commisit, scribit: Lieber getreuer, feloniam tacite remisisse censetur. Vid. *Berger* Oecon. Jur. Lib. 3. T. 9. §. 18.

§. 314.

Abolitio, Aggratiatio, pœnæ mitigatio.

Abolitione tollitur persecutio causæ criminalis, nondum decisæ: *aggratiatione* tollitur pœna dictata: *mitigatione* ob circumstantias, pœna ordinaria convertitur in leniorem.

§. 321.

Pœna capitali in mulctam conversa, hæc non ad aggratiantem, sed jurisdictionis dominum pertinet.

Quodsi summus Princeps delinquenti in tantum gratiam facit, ut pœnam capitalem, vel corporis afflictivam, convertat in pecuniariam, quæritur: num mulcta hæc pertineat ad Principem aggratiantem, an ad magistratum, vel dominum jurisdictionis? posterius merito asseritur, quia mulctæ ad fructus jurisdictionis referuntur. Confer notata ad Tom. 4. §. 787. Si tamen alternativa pœna dictata, corporalis, vel pecuniaria, pœna corporali remissa, cessabit & pecuniaria. Quorsum pertinet responsum JCtor. Lipsiens. de 1740. an den Gerichts-Verwalter zu Kalbsried, ibi: Ob nun wohl das einem Lands-Herrn zustehende Begnadigungs-Recht ordentlicher Weise in Geld-Straffen, so einem Gerichts-Herrn, als fructus jurisdictionis gehören, nicht zu erstrecken, folglich daß in gegenwärtigem casu der Princeps, mit Beyfall der Rechte, Franzen und Consorten die Straffe, darinn sie durch das Jenaische Urthel vertheilet worden, nicht schencken könne, geschlossen werden möchte: Da aber dennoch dem Landes-Herrn, Gefängniß-Straffe dem delinquenten zu erlassen, allerdings frey stehet, und Franz und Cons. alternative um Gefängniß oder Geld, bestraffet worden, da wenn eines hinweg fällt, auch das andre, als ein accessorium cessiren muß: So mag die, in dem gnädigsten Rescript enthaltene remissio pœnæ, vor unbeständig nicht gehalten werden.

§. 323.

Asyla.

Carolus M. in Capitulari 779. noluit homicidas in ecclesiis securitatem reperire, sed eos inedia cogi voluit, ut inde exirent.

§. 329.

Tacita pœnæ remissio.

Ejus species est, si Princeps, delictum sciens, delinquenti officium, vel honorem, confert.

TOMUS VIII.

De

Processu Judiciario

In

causis Principum.

§. 2.

Causæ dubiæ disceptatio vocatur judicium.

Sed quænam causa erit dicenda *dubia*? Utraque pars plerumque jus suum esse evidens contendit. Sed eo ipso, dum partes sibi contradicunt, causa redditur dubia. At si in eo consentiunt, quod res sit dubia, tunc ille videtur iniquus, qui in divisionem, aut sortem, consentire detrectat.

§. 5.

Compromissum in arbitrum.

Mortuo 1685. Carolo, Electore Palatino, super ejus hereditate lis orta inter Charlottam Elisabetham, Ducissam Aurelianensem & Philippum Wilhelmum, Palatinum, quæ nec pace Rysvicensi 1697. nec Francofurtensibus negotiationibus 1696. potuit componi: sed tandem laudo Papæ ita terminata, ut Ducissæ 300000. thal. adjudicarentur.

§. 14.

Compromissum Arragonicum.

Ita de eo *Mariana* Hist. Hispan. L. 20. c. 2. Missis inter provincias legationibus, reque diu & multum agitata, convenit, ut controversiæ finiendæ ea forma esset: Novem judices darentur, ex singulis nationibus terni, ii in arce

Caspe, quæ in Arragoniis finibus est, convenientes, auditis partium rationibus, in causa pronuntiarunt: quod sex saltem eorum decrevissent, id jus, fasque esset, modo in eo numero ex singulis gentibus singuli.

§. 21.

Obligatio in compromisso pœnali non alternativa.

Si pœna compromisso addita, sub clausula: *rato manente laudo*, obligatio non amplius est alternativa, ac licet solvi debeat pœna, tamen laudo vis sua constat. L. penult. Dig. de transact. L. 115. in fin. Dig. de Verb. Obl.

§. 23.

Mediatorum in Cameram compromissa,

regulariter prohibita, Memorial. Visit. 1562. Quod 1749. à Camera receptum fuit compromissum, ad supplicam mediatorum, in causa: Doctor Weisbach von Hamburg, factum, quoniam in illa appellatum antea fuerat ad Cameram, super compromissi forma.

§. 39.

Regum facta subditorum judicio obnoxia.

Wisi-Gothi, Vandali, Burgundiones, Longobardi, facile Regibus imperium abrogabant, si parum placere cœpissent, rati, id ad libertatem suam pertinere, ut ipsi non minus à Regibus, quam ab ipsis Reges metuerentur. Unde colligit *Grotius* de J. B. & P. L. 1. c. 3. §. XI. tales gentes jus imperandi, nonnisi revocabile, ac velut precarium, dedisse Regibus suis. Add. *Heinec.* Elem. Jur. Germ. L. 2. T. 23. §. 124.

42.

De successione futura, in quantum Rex judicet?

De electione Ulricæ Eleonoræ Suecicæ vid. Tom. 5. §. 54. Lites super successione futura Princeps regens in tantum decidit, ne belli civilis semina relinquat, & vivens, vidensque crescere sinat, cum possit in radice extinguere.

§. 43.

§. 43.

De foro originis.

Apud Germanos olim forum originis, inter ipsos Principes, adeo respiciebatur, ut unusquisque non ex legibus ejus provinciæ, in qua sibi penates constituerat, vel ubi rerum potiebatur, sed in illa provincia, unde oriundus erat, atque ex ejus legibus judicaretur. Otto, Bajovariorum Dux, quia ipse gente Saxo & origine Northeimensium Comes erat, anno 1070. à Saxoniæ Principibus, sententiam dicere ab Imperatore rogatis, capitis damnatus, apud *Lambert. Schafnaburg.* ad dict. an. Henricus Leo, Saxoniæ & Bavariæ Dux, injuria se damnatum asserebat, quod, cum de Suevia oriundus esset, convictus tamen non esset in terra nativitatis suæ, apud *Arnold. Lubec.* Chron. L. 2. c. 24. In actionibus realibus tamen, forum rei sitæ fuisse observatum, discitur ex Spec. Suev. c. 270. edit. Bergerian.

§. 46.

An locus commorationis forum operatur?

Exteros, in nostro mari navigantes, fieri subditos temporarios, adeo ut ob homicidium, ibi commissum, puniri possint, docet *Heinec.* ad Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 3. §. 12.

Fori *contractus* nullum in antiquis Germanorum legibus vestigium reperiri, observat idem *Heinec.* in Elem. Jur. Germ. T. 2. p. 433.

§. 72.

Super nullitatibus processus, in causis Protestantium matrimonialibus admissis, querela ad Imperii tribunalia defertur.

Ita sentit ex ipsis Protestantibus *Just. Henning. Bœhmer* in dissertationibus de Majestate Imperii magistratuum majorum, it. de executione, pendente appellatione, valida, it. de origine, progressu, ac indole, querelæ denegatæ vel protractæ justitiæ. At *Godofred. Dan. Hofmann* diss. de independentia juris circa Sacra Statuum Imperii, negat omnem provocationem in causis Protestantium matrimonialibus.

§. 74.

Heideni Borromæi Consistorium universale.

Latere sub Borromæo *Brucknerum*, perhibet *Lyncker* in Instructorio forensi, Sect. 2. c. 2. §. 16.

§. 75.

Nobilium immediatorum forum matrimoniale.

Directorium nobilitatis immediatæ alicui ejusdem membro, ad collegii Juridici sententiam, separationem à thoro & mensa imperasse, ex sequentibus apparet:

Urthel.

Auf erhobene Klage, dawieder vorgeschützte Einreden, und erfolgte Wechsel-Schrifften, Frauen Wilhelminen Friderіquen Johannen von Bünau, gebohrnen von Bühl, Klägerin an einem, deren Ehgenossens, Herrn Heinrich des ältesten von Bünau, beklagten, am andern Theil, so Uns in denen diesfalls ergangenen Acten zugesendet und darüber Unsre rechtliche Meynung verlangt worden; sprechen Wir vor Recht: daß Frau Klägerin von Herrn Beklagtens Tisch und Bett, gestalten Sachen nach, zu scheiden, dieser auch jener, nebst der, in der Eheberedung §. 5. bestimmten Morgengabe, den behörigen Unterhalt, nach richterlicher Ermäßigung, zu verschaffen schuldig. Die auf diesen Processs bishero verwendete Unkosten aber, werden aus bewegenden Ursachen, gegen einander billig verglichen und aufgehoben. V. R. W. Urkundlich mit Unsern Innsiegel besiegelt.

L. S. Ordinarius, Decanus, Senior und andre Doctores, der Juristischen Facultæt in der Universitæt Jena.

Publicatum Bamberg bey löblicher Ritterhauptmannschafft d. 24. Maj. 1751. Vormittags um 10. Uhr.

L. S. Ihr. Röm. Kayserl. Maj. resp. würckliche Räthe, und des H. R. R. ohnmittelbar freyer Ritterschafft Landes zu Francken, Orts Gebürg, Hauptmann, Räthe und Ausschuß.

§. 82.

Judicium Principum.

Conf. *Jo. Georg. Estor* de judicio Principum, fundamento & radice provocationis, vulgo Recursus ad Comitia, Jen. 1741. 4.

§. 85.

§. 85.

Forum criminale immediatorum.

Modum, quo Imperator in causis immediatorum criminalibus procedere solet, ex sequenti concluso judicii Imperii Aulici perspicere licet.

Veneris d. 24. May 1718.

Von Eyb, Christian, delicta betr. sive die Reichs-Ritterschafft in Francken, Orts Altmühl, in literis ad Imperatorem, sub dato 18. & præs. 31. Jan. nup. Zeiget allerunterthänigst an, wie gedachter von Eyb, durch Verleitung seines Secretarii Donners, ihr, Altmühl Orts, Sigill, zu Franckfurt nachstechen lassen, und damit einen fingirten Consens signiret, auch darauf 8000. fl. von einem Kauffmann in Nürnberg entnommen habe, in Erwartung allergnädigster Kayserl. Verordnung, Appon. sub A. facti speciem.

In ead. gedachter Reichs-Ritterschafft in Francken, Orts Altmühl, Anwald Georg Ferdin. v. Maul, sub præs. 7 Febr. nup. bittet allerunterthänigst wegen der Verarrestirung des von Eyb, auch dessen Verpflegung und andrer Kosten, die allergnädigste Verordnung ergehen zu lassen, appon. Lit. B.

In ead. gedachten von Eyb, Anwald Mich. Selcke, sub præs. 15. Mart. nup. producendo seines Principalen Selbstgeständ- auch frey- und leidmütige Bekänntniß, angezeigten und zu schulden gekommenen delicti, supplicat humillime pro clementissime avertenda ulteriore inquisitione, relaxatione arresti & remissione delicti, cum eventuali salvo conductu. Appon. Lit. A. B. & C. in duplo.

In ead. Johanna Catharina von Eyb, per dictum Selcke, sub præs. eod. intercedendo pro filio, supplicat humillime pro clementissima remissione pœnæ, impertiendaque filio delinquenti restitutione famæ & honoris, in duplo.

Cum inclusione exhibitorum fiat Commissio auf den Herrn Churfürsten zu Maynz und der Fränckischen Reichs-Ritterschafft, Orts Rhönn und Werra, & rescribatur dem Herrn Churfürsten: Es hätten Sie den Johann Christian v. Eyb von der Ritterschafft Orts Altmühl, zu übernehmen, in gute Verwahrung zu setzen, und

und nebst Zuziehung des Ritter-Orts Rhönn und Werra, den Process ordnungsmäßig anzustellen, in complices zu inquiriren, und dieselbe, wo möglich zu gefänglicher Hafft bringen zu lassen: so dann nach abgeführter Sache, die acta auf ein Collegium Juridicum zum Spruch Rechtens zu beschicken, und nach Einlangung des Urthels die acta Commissionalia, cum voto, nebst erstbesagter in Collegio juridico abgefaßter Sentenz, zu Ihr. Kays. Maj. allergnädigsten Resolution einzuschicken.

§. 88.

Forum super subfeudis Imperii.

De subfeudis Imperii, utut regalem dignitatem habeant annexam, in prima instantia dominum directum judicare, testatur Conclusum Imperii in causa successionis Rietbergensis, d. 7. Apr. 1705.

§. 90.

Ratio & finis Austregarum

est, ut immediati quoque duplici gaudeant instantia. Negant hanc rationem recentiores nonnulli. Sed præter rem. Ipse Imperator Carolus V. in privilegio civitati Noribergensi dato, ait, Maximilianum I. disposuisse, welchermassen und vor wem Churfürsten, Fürsten, Grafen, Freyherrn und andre Uns und dem Heil. Reich, ohne Mittel unterworffene, in erster Instanz beklagt werden, damit sie zum wenigsten zwo Instanzen, und ihnen die Gutthat und Hülffe der appellation sowohl, als denenjenigen, so dem Reich nicht ohne Mittel unterworffen, vorbehalten und unbenommen bleibe.

§. 92.

Austregæ conventionales confirmatione egent.

Nec Camera Imperialis attendit Austregas conventionales, post ordinationem Cameralem introductos, nisi confirmati sint ab Imperatore. Sic judicatum in Camera 1748. in causa Carpin contra Herrn Grafen zu Witgenstein.

§. 96.

Nobilibus immediatis Auſtregæ competunt,

iis ſolis, qui incorporati ſunt ordini equeſtri, & quidem ſingulis ſaltem membris nobilitatis immediatæ, non autem toti corpori equeſtri, contra quod via citationis utendum.

§. 100.

Executionem Auſtregis vindicant

Eſtor & Hofmann. Quod executio in prima inſtantia Auſtregis tribuitur in Ord. Cam. part. 2. tit. 4. §. 14. intelligendum: de pertractatione proceſſus, quo ſenſu executionis vox etiam occurrit Can. 2. diſtinct. 87.

§. 101.

Cauſa ad Auſtregas remiſſa.

Camera, in cauſa Mecklenburg contra Braunſchweig & Conſ. mandatum de ſolvendo & dimittendo hypothecam, cum clauſula, it. mandatum de adimplenda transactione, cum clauſula, per ſententiam d. 17. Febr. 1660. compenſatis expenſis caſſavit, & impetrantem ad judicium Auſtregarum remiſit.

§. 103.

Origo appellationis des Reichs-Hof-Raths.

Jam dum Carolus V. ordinationem quandam Latino idiomate confici curavit, atque uſque ad Ferdinandi I. tempora promiſcue, cauſæ ex Imperio & ditionibus hereditariis, ad idem collegium deferebantur. At Ferdinandus I. eas ſeparari & in diverſis collegiis tractari præcepit, ita ut tunc demum appellatio des Reichs-Hof-Raths innotuerit. Conf. *Frid. Carol. Moſeri* præfatio zum zweyten Bande der pragmatiſchen Geſchichte und Erleuterung der Kayſerl. Reichs-Hof-Raths-Ordnung.

§. 105.

a.) *In cauſa criminali à Statuum ſententiis nulla quidem datur appellatio: at in caſu admiſſæ nullitatis, querela deſuper à ſummis Imperii tribunalibus recipitur.*

Camera Imperii, in cauſa von Schlegel contra Anhalt-Cöthen, correxit nullitates admiſſas, modumque præſcripſit, quo procedi in poſterum debeat.

Et 1752. d. 27. Oct. decrevit citationem, ad videndum deduci principaliter nullitates, in Sachen Secretarii Jacob Fridrich Jägers contra die Bischöffl. Speyerische und Marggräfl. Baden-Badische Regierungen in dem gemeinschafftlichen Amte Gernspach.

b.) *Nec appellatur* in *Policey*-Sachen.

Conf. Capitulatio Caroli VII. art. 7. §. 5. ubi Imperator promittit denen Ständen im policey-Wesen nicht einzugreiffen. In concluso judicii Imperii Aulici, in Sachen Stifft Worms contra Stadt Worms de 18. Sept. 1744. magistratibus, sub temperamento, politiæ jura tribuuntur, verbis: Gleichwohl machen Kayserl. Maj. in Policey- und Zunfft-Sachen den Unterscheid, daß dergleichen Sachen, so viel die Einführung und Erhaltung guter Ordnung betrifft, dem Magistrat zu überlassen wäre: in Fällen aber, wo die Partheyen über die, von dem Magistrat gemachte Zunfft- oder policey-Ordnung, miteinander streiten, und die Sache ad contentiosum komme, mithin die jura partium & singulorum obwalten, und der Magistrat auf eine oder andre Weise, die Sache durch ein Erkentniß entscheidet, alsdenn die appellation, ohne allen Anstand, an das Hofgericht platz greiffen solle. Hinc forte à minori ad majus liceret inferre.

c.) *Camera criminaliter cognoscit*

in causis criminalibus personarum Cameralium, it. eorum, qui causas suas ibidem sollicitant: prout in causa duellorum judicavit 1712. cum nobilis à Vorburg à Colonello de Esch occideretur: it. 1752. occasione duelli, commissi inter duos nobiles, processuum sollicitandorum causa Wezlariæ commorantes, quorum alter alteri lethale intulerat vulnus. Executionem pœnæ Camera committit magistratui urbis, ubi Camera sedem habet.

d.) *de causis matrimonialibus personarum Cameralium Protestantium.*

Conclusum Senatus plenifactum d. 11. Febr. 1711. vi cujus dispensatio circa matrimonia Cameralium Evangelicorum, pertinere debet ad Præsidem & Assessores Augustanæ Confessioni addictos: at pœnæ determinatio universo collegio competit. Occasionem dedit dispensatio, petita à nuncio Camerali, Jobst Schneider, ad ineundem matrimonium cum defunctæ uxoris, ex sorore nepte,

ab

ab illo imprægnata, ubi concluſum: die cauſam diſpenſationis übernehmen die der Augſpurgiſchen Confeſſion zugethane Præſident und Aſſeſſores: pœna aber, bleibt einem gantzen Collegio reſerviret.

Ad ſolam Cameram ſpectat cognitio,

ſi quis mandatis à Camera decretis & emanatis, debitam non præſtat partitionem, it. ſi ſtatus eſt moroſus in ſolvendis collectis Cameralibus. Econtra in cauſis collectarum Imperii & reſervatorum Imperialium, ſolum judicium Aulicum cognoſcit.

§. 107.

Ad Comitia remiſſum à Camera dubium,

ſuper competentia fori, præbuit cauſa Yſenburgica, de qua Tom. 2. §. 275. Alia remiſſio facta ſuper interpretatione legis, d. 6. Nov. 1667. in Executions-Sachen Weyland Herrn Auguſti, poſtulirten Biſchoffen zu Ratzeburg, jetzo Herrn Chriſtian Hertzogen zu Mecklenburg, Klägern, wieder auch Weyland Herrn Magnus, jetzo Herrn Julium Franzen, Hertzogen zu Sachſen-Lauenburg, beklagten, citationis, ſuper novo ſpolio: ſind Licentiat Kühorn und Dr. Stieber ihre, der declaration pœnæ, execution und abſolution halben, beſchehene Begehren, noch zur Zeit abgeſchlagen: ſondern iſt, dieſer Sachen Beſchaffenheit nach, von Amtswegen der Beſcheid: Wofern die Herrn Klägere und Beklagte von der Kayſ. Maj. und des Heil. Reichs Ständen gebührliche Erläuterung und Erklärung, daß dieſer Special-caſus unter der diſpoſition habitæ poſſeſſionis vel quaſi 1. Jan. 1624. Inſtr. pac. art. 5. §. 14. auch begriffen, wie auch das jus retentionis, eben deren geklagten reſtituendorum, bey denen zu Münſter und Osnabrück vorgeweſenen Tractaten, in den Protocollis vorgekommen, und unter den Worten art. 12. ſalvo tamen domus Saxonico-Lauenburgicæ jure &c. dem in der, durch Dr. Stiebern am 10. Oct. 1666. eingegebenen Paritions-Schrifft, begriffenen allegato nach, decidiret und reſerviret worden ſeye, vorbringen werden, daß alsdenn ferner ergehen ſolle, was Recht iſt: zu dem Ende beyde theile ihre, am beſagten Tag und den 1. Sept. ao. 1662. eingebrachte Schrifften, gehöriger Orten, ob Sie wollen, vor- und anbringen mögen.

§. 109.

In recursu ad Comitia emanare potest inhibitio, sine prævia informatione tribunalis grævantis.

Illustre exemplum præbet die Hessen-Hanauische Recurs-Sache, die Mobiliar-Verlassenschafft und das Amt Babenhausen betr. Nam licet in hoc recursu tum Landgravius Darmstadinus, tum ipsi Camerales, informationem prius à Camera exigi, enixissime peterent: nihilo secius illa haud exigebatur, sed quam in viam Camera esset reducenda, per conclusum Comitiale decernebatur, ceu patet ex literis Imperatoris Caroli VII. ad Cameram, d. 24. Jul. 1743. datis, ibi: Nachdem aber, so viel in specie gegenwärtigen Vorfall, als den von Seiten Hessen-Cassel in der Hanauischen Babenhäuser- und Mobiliar-Sache, an den Reichs-Convent genommenen Recursum betrifft, das Conclusum trium Collegiorum unter d. 28. Jun. a. c. so viel enthalten, was massen in Chur- und Fürstl. Collegiis per majora davor gehalten, und geschlossen worden, daß in Betrachtung der vorgekommenen besondern Umstände, sothane streitige Successions-Sache an die Fürstl. Heßische Stamms-Austräge zu verweisen, die gegen Unser Kayserl. Cammergericht angebrachte übrige Beschwerden aber, bey nächstbevorstehender Visitation mit untersuchen zu lassen, und also ermelte beyde Chur- und Fürstl. Collegia auf die vorläuffige Berichts-Erfoderung nicht reflectiret haben: so mögen wir in Wahrheit nicht absehen, was eine von Uns an Euch abgehende Berichts-Erfoderung, zu Aufrechthaltung Unsers Allerhöchsten Kayserl. Obrist-Richter-Amts und Handhabung der Autorität Unsers Kayserl. Cammergerichts, im Werck selbst, was gedeyliches beytragen, und von welchem effect solche seyn könne, da Wir vorsehen, daß ermelte höhere Collegia von ihrem Schluß gleichwohl nicht abzubringen seyn, und sie beständig die bevorstehende Visitation entgegen setzen werden: als bey welcher sich in der That zeigen müsse, und das publicum erst mit rechtem Grund wahrnehmen könne, ob Unser Kayserl. Cammergericht gegen die Reichs-Satzung, oder derselben gemäß, geurtheilet habe.

§. 113.

Die Untersuchungs-*Commissarii.*

Jurisdictionem saltem in tantum habent, in quantum testes sub pœna citare, aut compulsoriales ad documenta edenda, sub pœna emittere jubentur, item in quantum cognoscunt, num interrogatoria sint admissibilia?

§. 130.

Poteſt quis habere jurisdictionem absque executione.

E. c. quando magiſtratui competit facultas capiendi delinquentes, inſtruendi proceſſum & acta transmittendi: ſecuta autem ſententia, quæ capitis pœnam dictitat, delinquens judici vicino ad exequendam pœnam traditur: quo caſu, executionis judici ſola ſententia communicatur. Sin nova, poſt ſententiam, defenſionis momenta emergunt, delinquens ad judicem criminalem eſt remittendus. Vid. *Stryck.* Uſ. Mod. Pand. de jurisdictione §. 10. De Camera, executionem criminalem magiſtratui loci relinquente, dixi ad §. 105.

§. 134.

Competentia fori principalis & acceſſoria.

Qui acceſſorie vocatur in judicium, ſortitur forum principaliter conventi, adeo ut etiam Clericus, imo ipſe Princeps, in caſu evictionis, ad reum defendendum comparens, fori privilegium allegare nequeat, L. 49. Dig. de judic. Si vero, re jam evicta, emtor contra Principem, vel Clericum, inſtituit regreſſum. non amplius acceſſorie, ſed principaliter litigatur, nec evictionis forum præciſe ſequendum.

§. 134.

Continentia cauſæ.

In Capitulatione Caroli VII. art. 21. §. 1. promittit Imperator, ſe nolle ſub prætextu continentiæ cauſarum, aut judicii univerſalis, feudalem Statuum jurisdictionem ad ſe trahere.

§. 136.

Prorogatio jurisdictionis in exteros.

Olim é ditionibus, quæ jura peregrina receperant, in cauſis dubiis ad illa loca, cujus jura receperant, appellabatur. Poloni, Bohemi, Sileſii, Magdeburgum appellabant. Sed ſuſtulit hunc morem in Polonia Caſimirus II. 1356. Roſtochienſes, quia jure Lubecenſi utebantur, Lubecam appellationes detulerunt, vid. §. 356. Stralſundenſibus privilegio de 1314. permiſſum, daß ſie mögen und ſollen ihre beſchuldete Urthel führen und hohlen zu Lübeck. Neomagenſes, aliæque urbes Rhenanæ, Aquisgranum appellabant. Vid. *Heinec.* Elem. Jur. Germ. L. 3. T. 1. §. 54.

§. 140.

Forum privilegiatum perſonarum miſerabilium.

Camera Wezlarienſis cauſam Margarethæ à Schœnburg, matris viduæ, contra filium, rejectis exceptionibus Auſtregarum, acceptavit.

§. 169.

In dignitate conſtituti per procuratorem comparere jubentur.

Lex 25. C. de procur. eique juncta Nov. 71. Auth. Hoc jus ſtabit &c. perſonis, in dignitate conſtitutis, injungit, non aliter, quam per procuratorem, cauſas in judicio peragere, ſub pœna lite cadendi, & judex inſuper 20. libris auri mulctatur. Quæ pœna hodie ſine dubio ceſſat.

§. 174.

De reaſſumtione litis

ab herede facienda, dixi Tom. V. §. 857.

§. 179.

Actio Pauliana an realis?

Non male diſtinguitur, num alienatio à debitore fraudulenter facta, poſtquam creditores in bonorum poſſeſſionem ſunt miſſi, & tunc actio Pauliana eſt realis, ex pignore oriunda, quod creditores in tota obærati ſubſtantia ſunt conſecuti; an antea & tunc eſt perſonalis, ex delicto vel quaſi.

§. 181.

Actiones pœnales.

Hodie actiones pœnales in duplum, triplum, quadruplum, fere extra uſum eſſe, niſi quod ob legata, piis corporibus non exſoluta, in duplum heredes condemnentur, obſervat *Heinec.* ad Inſtit. §. 1180.

§. 184.

Libellus solennis.

Si actor narrat, se in possessione juris cujusdam esse: in eadem autem se a reo turbari ostendit, petens, ut judex desuper pronuntiet: facile apparet, petitum nimis esse vagum, ac licet reus ad singula capita respondeat, tamen non adesse litis contestationem. Conf. cap. 54. §. Licet X. de electione & electi potestate.

§. 186.

Possessorium summarium, ordinarium & petitorium.

In judicio Imperii aulico possessorium summarissimum, ordinarium possessorium & petitorium, sollicite distingui, in vulgus notum est & innumeris exemplis potest probari. Provoco saltem ad conclusum de 16. Apr. 1723. Würtenberg-Mömpelgart betr. ubi in summarissimo possessio Duci Stutgardiensi adjudicatur, & in fine additur: Wird dem Herrn Hertzog zu Würtenberg und denen agnaten der Julianisch- oder Oelsischen Linie, ins besonder auferlegt, daß zu Ausmachung des tam in possessorio ordinario, quam ratione petitorii in causa principali, sie ihre Nothdurfft beyderseits gebührender massen fordersamst bey Kayſ. Maj Reichs-Hof-Rath einbringen, und darüber den Höchstrichterl. Ausspruch erwarten sollen.

§. 189.

Mutatio libelli.

Ab ea differt *emendatio* libelli, quæ substantialia haud tangit, & semper fieri potest.

§. 205.

Litis contestatio solennis

à processu summario abesse potest, cap. 54. §. Licet X. de electione & electi potestate. Conf. dicta ad §. 184.

§. 214.

Instrumentum calumniæ.

Illustre exemplum refert *Eberhard Windecking* in historia Sigismundi Imperatoris, cap. 60. col. 1121. cum Sigismundus Imperator 1418. Constantiæ pro tribunali

bunali ſederet, & Henricus Landshutenſis ageret contra Ludovicum Ingolſtadienſem: hunc ob documentorum defectum termini prorogationem petiiſſe, ac fuiſſe conclutum: wäre das Sach, daß Hertzog Ludewig mit aufgereckten Fingern, leiblich zu GOtt und den Heiligen ſchweren wollte, daß er den Verzug von rechter Nothdurfft begehre, ohne alle Gefährde: ſo ſolte man ihm den Verzug billig geben, und man ſollte ihm den Eyd zu dreyenmahlen fürleſen, an dem nächſten Gerichtstage, wenn der König zu Gerichte ſäße. Alſo geſchahe es.

§. 232.

Acceſſorie interveniens, cauſam, in ſtatu quo, aſſumit.

Licet tamen intervenienti exceptiones dilatorias, etiam poſt litem conteſtatam, opponere.

§. 233.

Reprobatio, Gegenbeweiß, *juri Romano ignota.*

Actoris fundamenta vocantur: Beweiß; rei reprobatio, Gegenbeweiß. Utrique enim ſuper iiſdem punctis, ex principiis juris Canonici, probatio indulgetur, cap. 26. & 35. X. de teſtib. & atteſtat. ubi *eliſivæ probationis* i. e. *reprobationis*, mentio injicitur, quam jus Romanum ignorat & ſolam exceptionem probationem reo indulget, L. 8. & 9. Cod. de except.

§. 234.

Teſtium examen ante litem conteſtatam.

Conf. §. 269. Not. 2. In proceſſu criminali ſtatim in limine & generali inquiſitione, teſtes ſummarie examinantur. In proceſſu matrimoniali, & in genere, quoties de ſimplici & plano, ac ſine ſtrepitu, proceditur, pariter ante litem conteſtatam teſtes examinare licet.

§. 234.

Commiſſio ad documenta transſumenda, in perpetuam memoriam.

Ad documenta transſumenda commiſſio ad perpetuam memoriam, decerni regulariter non ſolet, quod tamen fecit Camera Imperialis ob bellorum periculum, in cauſa der Ritterſchafft Bergen und Grafſchafft von der Marck.

Jure

Jure Romano probationem ad perpetuam memoriam non ignorari, colligunt nonnulli ex L. 40. Dig. ad Leg. Aquil.

§. 237.

a.) *Confessio adversarii manifesta, est probatio.*

Dummodo pro tribunali, eoque competente, facta, cap. 4. X. de judic.

b.) *Probatio per juramentum, est subsidiaria.*

Hinc censuram meretur Jus Prov. Sax. L. 1. art. 18. & 7. quod super negotio extrajudiciali reum jurare sinit, licet testibus convinci queat.

c.) *Semiplena librorum mercatoriorum probatio.*

Quod mercatorum libri semiplene probant, à Venetorum SCto, 1466. facto, deducit *Jo. Gottlieb Heinec.* de codicibus mercatorum foro cedentium, §. 18.

§. 269.

Testes, remotis partibus, examinantur.

Romano jure testes partibus præsentibus examinari debere, apparet ex L. 19. C. de testib. L. 18. C. de fide instrum. At legem 14. Cod. de testib. male vulgo intelligi, vult *Gundling* in Gundlingian. part. IX. p. 373.

§. 298.

Actor instrumenta edere tenetur, non reus.

Regulariter reus actori instrumenta edere non tenetur, L. 7. C. de testib. cap. 1. X. de probationib. at actor reo L. 5. & ult. C. de edendo. Quemadmodum & actor à reo instrumenta petere potest, ad fundandam replicam, L. penult. §. ult. Dig. ad L. Falcid.

§. 304.

Contraria probatio contra juratam diffessionem.

Ordinatio Cancellariæ Hannoverana, tit. 22. §. 5. post factam adversarii diffessionem, admittit contrariam probationem per comparationem literarum, aut recognitionem testium.

§. 327.

Purgatorium illuſtre.

Illuſtre præſtiti purgatorii exemplum præbet Bernhardus, Ludovici Pii Cameræ præfectus, apud *Aimoin.* de geſt. Francor. L. 5. c. 13. Hic adulterii, cum Auguſta commiſſi, accuſatus, primum in Hiſpaniam confugerat. Inde anno 831. reverſus, Imperatorem adit, atque ab eo contendit, ut ſibi facultas detur purgandi ſe, more Francis ſolito, i. e. crimen objicienti, ſemet objiciendo. Sed cum accuſator nullus compareret, purgatio facta eſt *juramentis.*

Literas memorati Joannis Naſſovii, Archiepiſcopi Moguntini, 1440. ad Senatum Moguntinum exaratas, quibus ſe purgat de cæde Friderici Brunſuicenſis, Imperatoris, ſibi imputata, exhibet *Valentin. Ferdin. L. B. de Gudenus*, in Cod. diplom. anecdotor. Tom. III.

Juramenta ab univerſitate præſtanda, licet alias à tribus, vel quatuor ejus membris, negotii præ aliis gnaris, præſtentur, L. 97. Dig. de condit. & demonſtr. L. 14 Dig. ad municip. tamen in crimine factæ pacis publicæ ſpeciatim conſtitutum eſt, ut communitas, vel civitas, juramentum purgationis per duas concilii partes præſtet, R. J. 1521. tit. 7. §. 9. Ord. Cam. P. 2. tit. 10. §. 1.

§. 329.

Juramentum dandorum & reſpondendorum

noviſſime in Camera admiſſum Wezlarienſi, in cauſa Virmondiſche Erben contra die verwittwete Frau Cammer-Richterin, Gräfin von Virmond.

§. 330.

Juramentum Zenonianum.

Judicium Imperii Aulicum d. 30. Oct. 1738. in cauſa Mecklenburgica decrevit: Kayſerl. Maj. könnten der Ritter- und Landſchafft das juramentum ſuppletorium und Zenonianum, über die d. 13. Mart. 1713. zu dieſen Eyden, durch Kayſerl. Erkenntniß, ausgeſtellte Foderungen, abzuſchwören, nicht verſagen.

§. 330.

Expensæ sine victoris juramento adjudicantur.

At post taxationem peractam, in judicio Imperii Aulico teneri partem victricem jurare, se potius plus, quam minus, expendisse, monui in Principiis processus judicii Imperialis Aulici, §. 18. litt. c, e.

§. 333.

Probatio per fervidam pinguedinem.

Hodienum talem probandi modnm vigere inter incolas insulæ Ceilon, testatur *Jo. Jac. Saar* in descriptione hujus insulæ, edita Norib. 1672. fol. p. 62. ubi sequentia habentur: Wenn sie was betheuren wollen, soll die Confirmation diese seyn, daß sie Butter lassen heiß machen, und die Hände darein legen. Wenn sie unrecht geschworen, werde es brennen: so es aber recht sey, werde ihr GOtt nicht zulassen, daß sie einen Finger, in dem brennheissen Schmaltz, versehren.

§. 338.

Judici non concluditur.

Consilium Imperii Aulicum d. 27. Sept. 1727. in causa Nesselrood contra Westerhold appellationis, suspensa actorum inrotulatione, demum acta prioris instantiæ publicari jussit. D. 1. Aug. 1715. in causa Haigerloch contra Hohenzollern decrevit: suspensa ulteriori relatione, injungatur dem Impetrantischen Agenten sich besser, vermittelst ordentl. zum wenigsten per duas tertias universitatum, coram Notario errichteten Syndicats, innerhalb 2. Monath ad acta zu legitimiren, damit alsdenn auf Impetrantl. Anruffen ferner ergehen möge, was rechtens.

§. 340.

Sententia interlocutoria

alia est *actoria*, quando judicantes non satis sunt informati: alia *paritoria*, qua pars inobediens sententiæ parere jubetur.

§. 343.

Paribus votis præfertur illud, cui judex accedit.

Apud priscos Germanos judex sola dirigendi, ac vota colligendi, facultate, absque voto gaudebat. Ac hodienum hic mos in nonnullis Germaniæ dicasteriis viget. In ipsa Camera Imperiali Wezlariensi judex nullo gaudet voto. Sed ubi vota sunt paria, senatus Assessoribus tam diu sunt augendi, donec eveniat pluralitas, quæ ubi plane non sequitur, res ad Comitia deferenda. Equidem Ordinatio Cameralis de 1495. §. 1. diponit: ob sie (die Urtheilere) spännig, und auf jeglich Theil gleich wären, welchem denn der Richter einen Zufall thut, dabey soll es bleiben. Sed in sequentibus legibus hæc dispositio non repetita, sed præplacuit modus, Assessores augendi, O. C. 1555. P. 1. tit. 13. §. 10. qui hodienum servatur.

In criminalibus votis paribus præfertur absolutoria, quorsum pertinet calculus Minervæ, de quo *Coccejus*, peculiari dissertatione.

In revisorio, si vota sunt paria, prior sententia censetur confirmata. Ita observatum in causa Erbmannorum Monasterienssium, ao. 1707.

§. 353.

a.) *Publicatur sententia partibus citatis.*

Quia in Camera Imperiali citatio generalis, ad totam causam, præcessit, partes ad publicationem sententiæ ulterius non citantur, sed sufficit, eas per procuratores esse præsentes. Si sententia in Camera publicanda, Præsidem, audientiæ præsidentem, tangit, hic, suum caput detegens, sceptrum judiciale Assessori assidenti tradit: si autem sententia Assessorem assidentem concernit, hic capite aperto publicationem audit.

b.) *An publicatio sententiæ fieri debet judice pro tribunali sedente?*

De Carolo M. *Eginhardus* scribit: cum calcearetur, non tantum Comites admittebat, verum etiam, si Comes Palatii litem esse aliquam diceret, quæ sine ejus jussu definiri non posset, statim litigantes introducere jussit, & veluti pro tribunali sederet, lite cognitâ, sententiam dixit. Quod vero cap. 5. de sententiâ & re judicata, in 6. legitur: sententiam, quam scriptam edi à judice litigantibus, non recitari, vel quam ab ipso *stando*, *non sedendo* proferri, contigit, nullius penitus esse momenti, id levem merito solennitatem vocat *Menochius*.

c.) *Num*

c.) *Num publicatio & executio ſententiæ eodem actu peragi poteſt?*

Id facile patet, judicem inferiorem ac ſubordinatum, qui per leges & ordinationes ad fatalia eſt adſtrictus, & integrum decendium expectare debet, antequam ſententia publicata in rem judicatam tranſeat, executionem cum ejus publicatione conjungere non poſſe. At de ſummo judice, à quo provocari amplius nequit, ſaltem eſt quæſtio, multum agitata in cauſa Mecklenburgica, cum poſt obitum Guſtavi Adolphi, Güſtrovienſis, ſuper ſucceſſione lis oriretur inter Suerinenſem & Strelizenſem, Duces. Vide dicta Tom. 5. §. 763. Ditiones defuncti in ſequeſtrum dabantur Suecorum Regi & Duci Brunſuicenſi, qua directoribus circuli Saxonici inferioris. Poſtea, cum per ſententiam Imperialem de 12. Jan. 1697. poſſeſſio adjudicaretur Suerinenſi, hæc ſententia non publicabatur per relationem: in das Anſchlags-protocoll, prout alias in judicio Imperiali Aulico eſt receptum: ſed ad præcavendos motus, & quoniam Imperator circuli directoribus non ſatis fidebat, hæc ſententia occultabatur magno ſtudio, donec Conſiliarius Imperialis Aulicus, Comes ab Eck, tanquam Commiſſarius Cæſareus, Güſtroviam ablegaretur, ac ſimul, eodemque tempore, ſententiam publicaret & executioni daret, mittendo Suerinenſem Ducem in poſſeſſionem Ducatus Güſtrovienſis. Proteſtabantur deſuper circuli directores, in literis d. 18. Febr. 1697. ad Suerinenſem datis, quibus eum intra decendium, omnia in priſtinum ſtatum reſtituere, hortabantur. Dux, monitum hoc ſpernens, armata manu dejiciebatur de poſſeſſione, vix arrepta: ac cedere nolens Comes ab Eck, juſſu Klinckenſtromii, ſupremi locum tenentis Suecici, per 12. militum tribunos (Unter-Officiers) carpento impoſitus, abducebatur. Circuli directores interſerebant, ſibi jus exequendi competere, per ordinationem executionis, de 1555. & Capitulationes Cæſareas, art. 20. Imperator regerebat, incumbere directoribus executionem, nec tamen officium ſuum poſſe obtrudere, ſed per R. J. 1654. §. 160. liberum eſſe Imperatori, præterire directores, præſertim ubi conſentit pars victrix, in cujus favorem executionis ordinatio vergit. Imo id, quod Inſtrum. Pac. art. 5. §. 51. conſtitutum, ne detur Commiſſarius diverſæ religionis, manifeſto ceſſare, ubi conſentit pars, in cujus favorem id ordinatum. Tunc quidem, per Anglorum & Belgarum interpoſitionem, eo res devenit, ut directores, datis ad Imperatorem literis, præterita excuſarent, Klinckenſtromium dimitterent, eumque juberent deprecari Eckio illatas injurias. Sane, ubi per ſententiam parti victæ aliquid injungitur, æquum omnino eſt, ut terminus, à publicatione currens, ipſi ad parendum præfigatur. At ubi de re auferenda,

poſſeſſione transferenda, agitur, quæ in caſu propoſito non penes partes, ſed ſequeſtrem, exiſtebat, judici ſummo ad ſola ſubſtantialia, nec alias ſolennitates adſtricto, nil obſtare videtur, quo minus in ipſo publicationis momento, rem, vel poſſeſſionem, parti victrici ſimul adjudicet & tradat. Conf. §. 410.

§. 356.

Appellatio fit ad ſuperiorem.

Propius ad compromiſſum, aut prorogatam jurisdictionem accedit, quando ab extraneis, non ſubditis, cauſæ ad tribunal, fama præ ceteris eminens, deferuntur, prout olim Poloni Magdeburgum, Pomerani Lubecam, appellarunt. Sic & Roſtochienſes hoc jus, ut prætergreſſa Curia Ducali Lubecam appellent, titulo emtionis ſibi æquiſiverunt, ex contractu, cum Duce Megapolitano 1358. ſnito, atque à Ferdinando I. Imperatore confirmato.

§. 362.

Privilegia de non appellando,

poſt confectum *Ludolfi* catalogum, impetrarunt & quidem illimitata, Landgravii: Caſſellanus & Darmſtadinus, item Boruſſorum Rex, intuitu omnium ſuarum ditionum; limitata: 1750. Princeps Arauſionenſis, intuitu terrarum Naſſovicarum, & 1751. Waldeccenſis.

§. 365.

Appellatio à tribus conformibus ſententiis,

Jure Romano non admittitur, L. un. C. ne liceat in una, eademque cauſa, tertio provocare: at in ſummis Germaniæ tribunalibus tales appellationes recipiuntur.

§. 371.

Judex, à quo appellatum, in illa cauſa reſpuitur, non in aliis.

Poſt interpoſitam, ac judici à quo rite denuntiatam, appellationem, hic ulterius in cauſa progredi nequit, vid. §. 368. 372. Imo jure Canonico, qui ſemel appellavit in una cauſa, pendente judicio appellationis, in aliis cauſis coram eo judice, à quo appellatum eſt, ſiſtere ſe in jure non compellitur, ne quaſi apud offen-

offensum & suspectum litigare cogatur, cap. 6. & 24. X. de appellationib. At jure civili, quod praxis hoc in passu sequitur, appellans, in aliis causis judicem competentem tum respuere nequit, quia quoties se læsum putat, via patet ad novam appellationem, L. un. Dig. apud eum, à quo appellatur, aliam causam agere compellendum.

§. 377.

Supplicationis effectus suspensivus.

Supplicatio contra sententiam judicii Imperialis Aulici interposita, in praxi executionem non suspendit. Aliam autem fuisse intentionem tum Statuum, tum ipsius Imperatoris, ostendit *Moser* in der Einleitung zum Reichs-Hof-Raths-Proces, Erster Theil, p. 709. Im Reichs-Gutachten de 19. Apr. 1654. dicitur: benebens ist solche cassatio effectus suspensivi revisionum auf die künfftige, und nicht auf diejenige, welche schon vor diesem in Camera gesucht und erkannt worden: zu verstehen: wie denn auch zweytens diejenige Fälle und Sachen hievon ausgenommen werden, worinnen wieder des Reichs-Hof-Raths ergangene Urtheil das beneficium supplicationis, juxta dispositionem Instr. Pac. art. 5. §. 20. &c. gesucht würde. Resolutio Cæsarea de 21. Apr. ej. ita fert: was daneben sonst die Stände von denen Sachen, welche bey dem Reichs-Hof-Rath schweben, daß in selbigen das beneficium supplicationis den effectum suspensivum, Krafft des Friedensschlusses, haben solle, hiebey angehenckt, das finden, Ihr. Kayf. Maj unnöthig, alldieweilen dasselbe allbereit in der neuen publicirten Reichs-Hof-Raths-Ordnung genugsam vorgesehen, auch Ihr. Kayf. Maj. bey ihrer Gegenwart, dergleichen Sachen jederzeit ohne grossen Verzug erörtern können.

§. 395.

Nullitatis querela

contra sententias Statuum Imperii, in summis tribunalibus ita admittitur, ut super ipsis causæ meritis ibidem cognoscatur, nisi causa ex earum sit genere, quarum cognitio ad summa tribunalia non pertinet, quales sunt e. c. criminales mediatorum, matrimoniales Protestantium. Tunc in solum punctum nullitatis inquiritur, remissa causa principali ad priorem judicem.

§. 398.

§. 398.

Propter inſtrumenta noviter reperta, datur reſtitutio contra rem judicatam.

Quod vero in L. 4. C. de re judicata, exemplo grave dicitur, ſub ſpecie novorum inſtrumentorum, poſtea repertorum, res judicatas reſtaurari, id ſibi vult, ne temere & ſub falſo prætextu, noviter repertorum indulgeatur reſtitutio.

§. 399.

Quadriennium reſtitutionis in integrum.

Primitus non modo ad interponendam conteſtationem, ſed & ad faciendam litem, erat præſtitutum, L. ult. pr. C. de tempor. in integr. reſtit. & Clementin. un. de reſtitutione. In praxi tamen ſufficit, petitam eſſe reſtitutionem intra quadriennium.

§. 405.

Reſtitutio in integrum.

num peti ac imputari poſſit, poſt factam omnium remediorum renuntiationem? & an ſub nomine interventionis, quis reſtitutionem in integrum, ex nova cauſa, petere queat? pertinet ad dubia Cameralia, nondum deciſa.

§. 410.

Stryck. de jure exequendi.

Scriptum anonymum: de jure exequendi ſententias Imperiales, directoribus circulorum competente, 1698. 4. editum, *Moſeri* fidem l. c. ſecutus, attribueram: *Henrico Coccejo*; at rectius id vindicatur: *Samueli Stryckio*, in cujus Vol. 2. diſp. Halenſium illud pariter reperitur.

§. 421.

Beneficium competentiæ donatori

imperfecta gratitudinis lex tribuere vix poteſt. At ſi magnæ donationi tacita ineſt conditio: ni ipſe indiguero, locum habere poterit competentiæ beneficium. Modicæ donationi, tacita talis conditio non poteſt affingi.

§. 430.

§. 430.

Criminaliter injuriarum per procuratorem agitur.

Qui criminaliter injuriarum hodie vult agere, pariter per procuratorem admittitur, utut olim hæc illuſtrium fuerit prærogativa, §. 10. Inſt. de injuriis, L. ult. C. eod. Nov. 71 c. 1.

§. 432.

Accuſatorius proceſſus hodie rarus.

Priſcis temporibus heres, ni hereditate excidere vellet, neceſſario tenebatur ad accuſandam & vindicandam necem defuncti. Sidregiſili, Aquitaniæ Ducis filii, bonis paternis privati, in communi Francorum convertu, quod in perſequenda, vindicandaque nece patris, fuerint ignavi, apud *Aimoin.* de geſt. Francor. L. 4. c. 28. & 37.

§. 440.

Salvus conductus.

Exempla antiqua Romana datæ fidei publicæ à Conſule, juſſu ſenatus, occurrunt apud *Salluſt.* Catilin. c. 47. ſq. & *Cicer.* in Catilinaria III. c. 4.

§. 441.

a.) *Salvus conductus in cauſa religionis.*

Probe diſcernendus eſt in cauſa religionis ſalvus conductus, qui diſſentientibus ad concordiam tentandam conceditur, ab illo, qui conceditur in proceſſu criminali, inſtituto ſuper eo, num quis ſit reus hereſeos capitalis? Ubi de ſola concordia tentanda eſt quæſtio, licet obtineri illa nequeat, nihil tamen adverſi, ſub hereſeos obtentu, in diſſentientes ſtatuendum, quia totius negotii finis alius non eſt, quam concordia tentanda. Quorſum pertinet clauſula, inſerta ſalvo conductui, Proteſtantibus in Concilio Tridentino dato, & ſubjuncto Seſſioni XV. hujus Concilii: ut religionis prætextu, aut delictorum, circa eam commiſſorum, aut committendorum, nemo puniatur.

b.) *Expirat ſalvus conductus novo delicto,*

Si is, qui ſalvum conductum impetravit, novo delicto, eodem ſe reddit indignum. Tacita enim ſalvo conductui ineſt conditio: ſi pacifice & honeſte ſe geſſerit.

§. 448.

Tortura Riculfi Clerici.

Ob calumnias Leudastis, quibus prosciderat Gregorium Turonensem, eumque in suspicionem stupri Reginæ oblati adduxerat, Riculfus Presbyter & ecclesiæ Turonensis Archidiaconus, dirissimis cruciatibus affectus, quos ita describit *Gregorius Turonensis*, Histor. L. 5. c. 49. Riculfus Clericus ad interficiendum deputatur: Pro cujus vita, vix obtinui, tamen de tormentis excusare non potui. Nam nulla res, nullum metallum, tanta verbera potuit sustinere, sicut hic miserrimus. Ab hora tertia diei, revinctis post tergum manibus, suspensus ad arborem dependebat, ad horam vero nonam depositus, extensus ad trochleas, cædebatur fustibus, virgis, ac loris duplicibus, & non ab uno vel duobus, sed quot accedere circa miseros potuissent artus, tot cæsores erant. Cum autem jam in discrimine esset, tunc aperuit veritatem & arcana doli publice patefaciebat.

§. 448.

Tortura Germanis incognita.

Observat *Heineccius* Elem. Jur. Germ. L. 3. T. 9. §. 335. ignorare tormenta Jus Saxonicum & Suevicum, nec eadem hodienum adhibere Britannos, Suecos, Hispanos. Demum cum Romano jure torturam in fora Germanorum irrepsisse, existimat *Schilter* Exerc. 49. §. 164. At multo ante illud tempus illam invexisse Clerum contra hereticos & magos, putat *Thomasius*. Jam dum in Templarios tormentis sævitum, nec miseri hi homines prius flammis absumti, quam in equuleo extensi, sævissimis tormentis excruciati, mortem non unam sensissent, vel inducti comminatione, aut tormentorum aspectu, aut blandis promissionibus illecti, aut carnis inedia cruciati, enormissima quævis de se confessi essent. *Guilielm. de Nangiaco*, *Contin.* ad an. 1307.

§. 449.

Origo purgatorii juramenti.

Negant nonnulli usum purgatorii apud Romanos, quippe qui nunquam reorum conscientiæ, in criminum persecutionibus, rem commiserint: alii ejus vestigia quærunt in L. 31. Dig. de jurejur. L. 3. & 12. C. eod. Alii illud ex jure Canonico arcent, provocantes ad tit. Decretal. X. de purgatione Canonica.

§. 450.

Sumtus inquisitionis

is quoque ferre tenetur, qui purgatorio præstito, ab inquisitione penitus absolvitur. Rationem hanc volunt: quod is, contra quem militant indicia, sine quibus purgatorium nunquam decernitur, causam inquisitioni dedisse videatur, cap. 8. X. de purgat. Canon. quod tamen non omnino sequi, tot innocentium exempla loquuntur.

INDEX SCRIPTORUM JURIS PRINCIPUM PRIVATI.

Numerus denotat paginam hujus Tomi.

A.

Arnold, Erneſt. Chriſtoph. 16.
Arumæus, Dominicus, 14.

B.

Baro de *Bachov*, 22.
Bechmann, Jo. Volckm. 10. 14. 18.
Beneke, Georg. Wilh. Lud. 19.
von Berger, Frid. Ludw. 20.
Bleſen, Franciſc. Adolph. 17.
Bocris, Jo. Henr. 19.
de *Bode*, Carol. Wilh. Maur. 16.
Bodinus, 18.
Böhmer, Juſt. Henning. 16. 22.
Bonhofer, Jo. Carol. Petr. 16.
Breulæus, Henr. 19.
Breuning, Chriſt. Henr. 21.
Brunquell, Jo. Salom. 23.
Buder, Chriſtian Gottlieb, 12. 19. 23.

C.

Carpzovius, 18.
Chriſtmann, Jo. Rup. Joſ Xav. 14.
Cramerus, 18.
de *Cramer*, Jo. Ulr. 17. 23.

D.

Dahm, Jo. Mich. 14.
van *Dale*, Joachim. 22.
Daries, Joach. Georg. 14.

E.

Eckardus, 24.
Elwert, Phil. Jacob. 15.
Eſtor, Jo. Georg. 13. 18.

F.

Fabricii Reſponſum, 13.
Fang des edlen Lebens ꝛc. 13.
Feltz, Jo. Henr. 16.
Felwinger, Jo. Paul, 12.
Feſchius, Jo. Jacob. 12.
Finckelthauſius, 15.

Frage: Erörterung der, ob ein Lan-
des-Herr ꝛc. 20.
Frommann, Jo. Andr. 21.

G.

Gebauerus, Georg. Christ. 18.
Gunner, Jo. Ernest. 21.

H.

Hällische Beyträge zu der Juristischen
gelehrten Histori, 9.
Hahn, 24.
Hahn, Jo. Phil. 23.
Harprecht, Ferd. Christoph. 19.
Heiland, Franc. Georg. 17.
Heimburgius, 16.
Heineccius, Jo. Gottl. 22.
ab *Helldorf*, 10.
Helmershausen, Georg. Francisc. Frid. 14.
Helmstadiense Responsum, 13.
Heydenreich, Lebrecht Wilh. Henr. 22.
Hofmann, Jo Andr. 11.
Hofmannus, Christian. Godofr. 15.
Hofmannus, Godofred. Daniel, 15.
Hofmeister, Jo. Mich. 17.
Hunnius, Helfr. Ulr. 18.

J.

de *Jacobi*, Frid. Wilh. 23.
Jacobs, Wilh. Gottl. 20.
Iheringius, 11.
Irenophilus, Christianus, 13.

K.

Kahlius, Ludov. Mart 22.
Kahrel, Herman Friedrich, 20. 21.
Kemmerich, Dieteric. Herman. 10. 14. 18.
Kipping, Jo. Wolfg. 22. 23.
Burggravius de *Kirchberg*, Frid. Ernest.
Comes in Sayn & Wirgenstein, 15.
Klein, Jo. 17.
Knipschild, Phil. 16.
Knorr, Carol. Gottlieb, 14.
Knorre, Ernest. Frid. 24.
Kopp, Carol. Philip. 22.

L.

Lamm, Jo. Georg. 22.
Leibenius, 18.
Leickerus, Frid. Jacob. 18.
Lipenio Jenichiana, Bibliotheca, 9.
de *Ludewig*, 18.
Lutherus, Georg. Wilh. 19.

M.

Madihn, Georg. Sam. 16.
Marquart, Henr. Sigism. 13.
Martini, Nicol. 18.
Matthias, Diet. Guil. 14.
Meyer, Jo. Henr. 23.
Minckwitzius, 17.
Moser, Joan. Jacob. 10. 12.
Müller, Casp Matth. 13.
de *Münchhausen*, Philip. Adolph. 12.

N.

de *Nauendorf*. Herm. Carol. Ludov. 23.
Nettelbladt, Dan. 13.
Nunnrodius, 20.

P.

Pauli, Carol. Frid. 15.
Peſtel, Frid. Ulr. 16. 21.
Polz, 23.
de *Ponikau*, 11.
à *Pübel*, Jo. Leonh. 14.
Pürckhl, Jo. Chriſtoph. 12.

Q.

Diſcuſſio *quæſtionis*: an Princeps Imperii R. G. catholicus &c. 19.
Queſtel, Caſp. 17.

R.

Rays, I. H. 16.
Rebhan, Jo. 19.
Rechenberg, Adam. 12.
Reigersmann, Jacob. Carol. 21.
Reyher, Sam. 17.
Richter, Jo. Tob. 12.
Rivinus, Jo. Florens, 16.
Roſſmannus, Andr. El. 18.

S.

Scheller, Jo. Sigismund. 12.
Schmidelius, Jo. 13.
Schöne, Chriſtian. 14.
Schöpff, Wolfgang Adam, 20. 23.
Schorch, Hieron Frid. 13.
Schröder, Ludov. Conr. 15.
Schulze, Jo. 17.
Seip, Anton. Ludov. 16.
Senckenberg, Henr. Chriſtian. 19.
Seyfried, Wilh. Phil. 13.
Spangenberg, Jo. Conr. 13.
Speirman, Henr. Anton. 18.
Spener, Jacob. Carol. 15.
Spitz, Fel. 17.
Stiegliz, Carol. Ludov. 17.
Stirn, Georg. Chriſt. 17.
Struv, Burch. Gotthelf. 17.
Struviana, Jurisprudentia Heroica, 11.
Struvio-Buderiana, Bibliotheca, 9.
Stryck, Sam. 16. 19. 22.
Svev, Godofr. 18.

W.

Wagner, Georg. Guil. 16.
Wahlius, Jo. Frid. 17.
Waldſchmid, 18.
Walther, Jo. Georg. 21.
Weber, Immanuel, 24.
Werlhof, Jo. 21.
Wolfart, Jo. Henr. 13. 16.

Z.

Zentgravius, 17.

IN-

INDEX RERUM.

Numerus paginam significat.

A.

Abbatiæ seculares quid? 52.
Abbatissæ Protestantes nubentes beneficia amittunt, 51. ideo plerumque resignarunt, 52. Exemplum memorabile Abbatissæ nuptæ, quæ Abbatiam retinuit, ibid.
Abolitione tollitur persecutio causæ criminalis, 345.
Accrescendi jus in casu heredis, in legitima instituti, obtinet, 242.
Acht und Aberacht, 340
Actiones de filio exhibendo institutæ, 87. 88.
Adoptio Lotharingica & Ortenburgica, 84. Hanoviensis non secuta, ibid. Bergensis, ib. Comitis de Witten & de Salmour, 85. Fœmina adoptat, ibid. sed non Romana, ibid. natus post adoptionem adoptatum excludit, ibid. Pacta sororia Rietbergica, 86. Justinianus adoptare voluit Cosröen Persarum Regem, ibid. Adoptio in nomen & insignia est impropria, ibid. heredes scripti, sub conditione assumendi nomen testatoris, ibid. dignitas cum facultate adoptandi collata, ibid
Adultera illustris capitaliter punita, 74. alia incarcerata, ibid. adulterarum custodia perpetua, 342. pœna adulteræ maritatæ in Saxonia antiqua, 345.
Aerarium quid? 148. an populus de eo possit disponere? ibid.
Aetas legitima Pontificis & Episcoporum, 123.
Aggratiatione tollitur pœna dictata, 345. Pœna capitali in mulctam conversa, an hæc ad aggratiantem pertineat? 346.
Agnatus clericus tutor Electoris, 105. consensus agnatorum in pacta dotalia, 174.
Alienatio domaniorum quando Galliæ Regi permissa? 306. Electores Brandenburgici Marchiæ Ordinibus per literas reversales promisere, se nihil de territorio eorum alienaturos, ibid. Ordinum consensus in territorii alienatione, an necessarius? ibid. item partis alienandæ? ibid. alienationes Imperatorum, 307. Principes Imperii non alienant sine Ordinum consensu, ibid. nec Episcopus sine Capitulo, ibid. nec dominus directus vasallum, sine hujus consensu, ibid.
Alimenta adulterinis & incestuosis illustribus à Consilio Imperii Aulico adjudicata, 75. 76. Filiarum alimenta onus feudale, 77.
Allodium, *v. Feudum*. Allodialium investitura, 158 comparata opponuntur allodio, ib. cessat separatio feudi ab allodio

in confraternitatibus, 285. in separatione allodium non opponatur soli feudo, sed dem was zum Lehn, Land und Stamm gehörig, ibid.
